



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Acc. 9086 a 9086 z



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



Digitized by Google

Autographa Erasmi.

continentia

D. Erasmi Rot. de libero arbitrio diatriba.

Colou. 1524.

— modis orandi Deum. ibid. 1525.

— de immensa Dei misericordia con-
cio. ibid. 1524

Editt: angia. perrara. —


tri bo.
coll

DE LI
BERO ARBITRIO
δι'αρεβη, siue collatio, D.
ERAS. ROT.

Primum legito, deinde iudicato.

Coloniae apud Heronem Alopecium, Anno.
M. D. XXIII. Mense Septembri.

Biblioth. Nieseth paraki in velen 1819



IN NOMI-

NE IESV.

DE LIBERO ARBITRIO

δι' ἱατρικῆς, siue Collatiō, per Desiderium
Erasmus Roterodanum.



INTER difficultates, quæ non pauca occurrunt in diuinis literis, uix ullus Labyrinthus inexplicabilior, quàm de libero arbitrio. Nam hæc materia iam olim philosophorum, deinde theologorum etiam, tum ueterum, tum recentium ingenia mirum in modum exercuit: sed maiore, sicut opinor, negocio quam fructu. Nuper autem renouata est per Carolstadium & Eccium, sed moderatiore cōsfliktatione: mox autem uehementius exagitata per Martinum Lutherum, cuius extat de libero arbitrio assertio. Cui tamen si iam non ab uno responsum est, tamen quando ita uisum est amicis, experiar & ipse, num ex nostra quoque cōsfliktatiuaua ueritas reddi possit dilucidior. Hic scio quosdam protinus obturatis auribus reclamanturos, ἄνω σοταμῶν, Erasmus audet cum Luthero congregari, hoc est, cum elephanto musca? Ad quos placandos, si tantillum silentij licebit impetrare, nihil aliud præfabor in præsentia, quàm id quod res est, me nunquam iurasse in uerba Lutheri. Proinde nemini uideri debebat in-

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

Est indignū, si tibi palam dissentirem ab illo, nimirum,
 ut nihil aliud, homo ab homine, tantum abest, ut nefas
 sit de illius aliquo dogmate ambigere, multo minus, si
 quis ueritatis eliciendæ studio, moderata disputatione
 cum illo congregiatur. Certe Lutherum ipsum non arbi-
 tor indigne laturū, si tibi quis ab ipso dissentiat, quum
 se sibi permittat, non solum ab omnium ecclesiæ do-
 ctorum, uerum etiam ab omnium gymnasiolorum, concii-
 orum, Pontificum decretis appellare: quod quum ipse
 palam & ingenue profiteatur, mihi non debet apud il-
 lius amicos esse fraudi, si repeto. Proinde ne quis hanc
 pugnam interpretetur, qualis solet esse inter cōmissos
 gladiatores, cum unico illius dogmate conflictabor,
 non in aliud, nisi ut, si fieri queat, hac collisione scri-
 pturarum & argumentorum fiat euidentior ueritas, cuius
 indagatio semper fuit honestissima studiosis. Res
 sine conuicijs agetur, siue quia sic magis decet Chri-
 stianos, siue quia sic certius inuenitur ueritas, quæ se-
 penumero nimium altercando amittitur. Equidem non
 ignorabam, quam non essem ad hanc appositus pale-
 stram: certe uix alius quisquam minus exercitatus, ut
 qui semper arcano quodam naturæ sensu abhorruerim
 a pugnis: eoq; semper habui prius in liberioribus Mu-
 sarum campis ludere, quam ferro cominus cōgredi. Et
 adeo non delector assertionibus, ut facile in Scepti-
 corum sententiam pedibus discessurus sim, ubi anque
 per diuinarum scripturarū inuiolabilem autoritatem,

DE LIBERO ARBITRIO

*Et ecclesie decreta liceat, quibus meum sensum ubiq;
 libens submitto, siue asequor quod praescribit, siue non
 asequor. Atq; hoc ingenium mihi malo, quam quo ut
 deo quosdam esse praeditos, ut impotenter addicti sen-
 tentiae, nihil ferant, quod ab ea discrepet: sed quicquid
 legunt in scripturis, detorquent ad assertionem opinio-
 nis, cui se semel manciparunt, sicuti iuvenes qui puellam
 amant immoderatus, quoacunque se uertunt, imaginan-
 tur se uidere quod amant. Imo, ut, quod est similis,
 conferam, quemadmodum inter eos inter quos incru-
 duit pugna, quicquid forte ad manum est, siue cantus
 sit, siue discus, in telum uertitur. Apud sic affectos,
 quod obsecro potest esse syncerum iudicium? aut quis
 ex huiusmodi disputationibus fructus, nisi ut uterque
 ab altero consputus discedat? Semper autem erunt
 quamplurimi tales, quales describit Petrus apostolus,
 indocti et instabiles, qui deprauant scripturas ad suam
 ipsorum perditionem. Itaq; quod ad sensum meum at-
 tinet, fateor de libero arbitrio multa uariaq; tradi a
 ueteribus, de quibus nondum habeo certam persuasio-
 nem, nisi quod arbitror esse aliquam liberi arbitrij
 uim. Legi quidem Martini Lutheri assertionem, et in-
 teger legi, nisi quod illic fauorem quendam in illum
 mihi sumpsit, non aliter q̄ cognitor fauere solet graua-
 tor co. Et quanq̄ ille re omnibus praesidijs magnoq; spi-
 ritu uersat agitq;, mihi tamen, ut ingenue fatear, non-
 dum persuasit. Quod si quis uel ingenij traditati, uel
 impe-*

2. Petri. 3.

COLLATIO D. ERAS. ROT.

imperitiæ uelit ascribere, cum hoc non contendã, modo tardioribus etiam permittant, uel discendi gratia, congregari cum his quibus dei donum uberius contigit: præsertim cum Lutherus minimũ tribuat eruditioni, plurimum spiritui, qui nonnunquam instillat quædam humilioribus, quæ σοφοίς illis negat. Hæc ad illos, qui fortiter clamant, Luthero plus esse eruditionis in minimo digitulo, quã Erasmo in toto corpore, quod ego sane nunc nõ refellam. Ab istis quamlibet iniquis, tamem illud, opinor, impetrabo, ut si per me conceditur in hac disputatione Luthero, ne quo pacto grauetur præiudicio doctorũ, conciliorũ, Academiãrũ, Pontificũ & Cæsaris, ne meam causam deteriorẽ faciat quorundam in iudicãdo temeritas. Etiam si uisus sum mihi, quod illic Lutherus tractat, percepisse: attamen fieri potest, ut me mea fallat opinio: eoq; disputatorẽ agam, non iudicem: inquisitorẽ, non dogmatistẽ, paratus a quocũq; discere, si quid adferatur rectius aut cõpertius. Quãquam illud libenter per suaseram mediocribus ingenijs, in huius generis quæstionibus nõ adeo pertinaciter contendere, quæ citius ledãt Christianã cõcordiã, quã adiuuẽt pietatẽ. Sũt enim in diuinis literis adyta quædã, in quæ deus noluit nos altius penetrare, & si penetrare conemur, quo fuerimus altius ingressi, hoc magis ac magis caligamus, quo uel sic agnosceremus & diuinæ sapientiæ maiestatem imperuestigabilẽ, & humane mētis imbecillitatem. Quemadmodũ de specu quodam Coricio

DE LIBERO ARBITRIO

narrat Pomponius Mela, qui primum iucunda quadam
 amoenitate allectat ac ducit ad se, donec altius atq; al-
 tius ingressos tandem horror quidam ac maiestas nu-
 minis illic inhabitantis submoueat. Huc igitur ubi uen-
 tum erit, mea sententia consultius ac religiosius etiam
 fuerit, clamare cum Paulo: O altitudo diuitiarum sapi-
 entiae & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iu-
 dicia eius, et imperuestigabiles uiae eius. Et cum Esaiâ:
 Quis audiuit spiritum domini, aut quis consiliarius e-
 ius fuit: quâ definire quod humanae mentis excedit mo-
 dum. Multa seruantur ei temporibus, quum iam non uide-
 bimus per speculum & in ænigmate, sed reuelata facie
 domini, gloriam contemplabimur. Ergo meo quidem
 iudicio, quod ad liberum arbitrium attinet, quæ didici-
 mus e sacris literis, si in uia pietatis sumus, ut alacriter
 proficiamus ad meliora, relictorum obliti: si peccatis
 inuoluti, ut totis uiribus enitamur, ad eam remedium
 poenitentiae, ac domini misericordiam modis omnibus
 ambiamus, sine qua nec uoluntas humana est efficax,
 nec conatus: & si quid mali est, nobis imputemus: si
 quid boni, totum ascribamus diuinæ benignitati, cui
 debemus & hoc ipsum quod sumus: ceterum quicquid
 nobis accidit in hac uita siue letum, siue triste, ad no-
 stram salutem ab illo credamus immitti, nec ulli posse
 fieri iniuriam a deo natura iusto, etiam si qua nobis ui-
 dentur accidere indignis. Nemini desperandum esse ue-
 niam a deo natura clementissimo. Hæc, inquam, tene-
 re, meo

Roma. II.

Esaiâ 40.

COLLATIO D. ERAS. ROT.

re, meo iudicio, satis erat ad Christianam pietatem, nec erat irreligiosa curiositate irrumpendum ad illa retrusa, ne dicam superuacanea: An deus cōtingenter præsciat aliquid: Vtrum nostra uoluntas aliquid agat in his quæ pertinent ad æternam salutem. Antantum patiatur ab agēte gratia. An qcquid facimus, siue boni, siue mali, mera necessitate faciamus, uel patiamur potius. Sunt quædam quæ deus omnino uoluit nobis esse ignota, sicut diem mortis, & diem extremi iudicij. Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, Actorum 1. & Marci 13. De die autem illa uel hora nemo scit, neq; angeli in coelo, neque filius, nisi pater. Quædam nos uoluit scrutari, sic ut ipsum in mystico silentio ueneremur. Proinde multa sunt loca in diuinis uoluminibus, in quibus quum multi diuinarint, nullus tamen ambiguitatem plane resequit: uelut de distinctione personarum: de conglutinatione nature diuine & humane in Christo: de peccato nunquam remittēdo. Quædam uoluit nobis esse notissima, quod genus sunt, bene uiuendi præcepta. Videlicet hic est sermo dei, qui neq; petendus est e sublimi cōscenso coelo, neq; e longinquo importandus transmissio mari, sed prope adest in ore nostro, & in corde nostro. Hæc omnibus ediscenda sunt, cetera rectius deo committuntur, & religiosius adorantur incognita, quam discutuntur imperuestigabilia. Quot examina quætionum uel contentionum potius nobis peperit perso-

a 4 narum

Deute. 32

Ad Ro. 1

DE LIBERO ARBITRIO

*narum distinctio, ratio principij, distinctio natiuitatis
 & processionis? Quas turbas concitauit in orbe diglae
 diatio de Conceptione θεοτόκου Virginis? Quæso,
 quid hætenus his operosis quæstionibus profectum est,
 nisi quod magno cõcordiæ dispendio, minus amamus,
 dum plus satis uolumus sapere? Iam sunt quædam eius
 generis, ut etiam si uera essent, & sciri possent, nõ ex=
 pediret tamen ea prostituere promiscuis auribus. For=
 tasse uerum est, quod solent garrire sophistæ, deum se=
 cundum naturam suam non minus esse in antro scara=
 bei, ne quid dicam obscœnius, quod istos tamen non pu=
 det dicere, quã in cœlo: & tamen hoc inutiliter dispu=
 taretur apud multitudinem. Et tres esse deos, ut uere
 dici possit iuxta rationem dialectices: certe apud mul=
 titudinem imperitam magno cũ offendiculo diceretur.
 Si mihi constaret, quod secus habet, hanc confessionem
 qua nũc utimur, nec fuisse institutam a Christo, nec ab
 hominibus potuisse institui, & ob hoc non exigendam
 a quoquam: item non requiri satisfactionem pro com=
 missis: uererer tamen eam opinionem publicare, quod
 uideam plerosq; mortales mire propensos ad flagitia,
 quos nunc utcunq; cohibet, aut certe moderatur cõfitē
 di necessitas. Sunt quidam corporum morbi, qui mino=
 re malo tolerãtur, quã tollũtur: ueluti si quis in calido
 sanguine trucidatorum infantũ lauet, ut lepra careat.
 Ita sunt quidam errores, quos minore pernicie dissimil=
 les, quã conuellas. Paulus nouit discrimen inter ea que
 licent.*

COLLATIO D. ERAS. ROT.

licent, & ea quæ expediunt . Licet uerum dicere, uerū non expedit apud quoslibet, nec quouis tempore, nec quouis modo . Si mihi constaret in synodo quippiam perperam fuisse constitutum aut definitum, liceret quidem uerum profiteri, at non expediret, ne malis præberetur ansa contemnendi patrum autoritatem, etiam in his quæ pie sancteq; statuisſent: mallemq; dicere, sic illis tum pro ratione temporum probabiliter uisum fuisse, quod tamen præsens utilitas suadeat abrogari . Fingamus igitur in aliquo sensu uerum esse, quod docuit Vuycleuus, Lutherus asseruit: Quicquid fit a nobis, non libero arbitrio, sed mera necessitate fieri: quid inutilius quam hoc paradoxon euulgari mundo? Rursum fingamus esse uerum iuxta sensum aliquem, quod alicubi scribit Augustinus: Deū & bona & mala operari in nobis, & sua bona opera remunerari in nobis, & sua mala opera punire in nobis . Quantam fenestram hæc uulgo prodita uox innumeris mortalibus aperiret ad impietatem? præsertim in tanta mortalium tarditate, socordia, malicia, & ad omne impietatis genus irreuocabili pronitate? Quis infirmus sustinebit perpetuam ac laboriosam pugnam aduersus carnem suam? Quis malus studebit corrigere uitã suam? Quis inducere poterit animum, ut deum illum amict ex toto corde, qui Tartarum fecerit æternis cruciatibus seruētem, ut illic sua malefacta puneat in miseris, quasi supplicijs hominum delectetur? Sic enim interpretabuntur

a S pleriq;

DE LIBRO ARBITRIO

plerique. Sunt enim ferme mortalium ingenia crassa & carnalia, prona ad incredulitatem, procliuia ad scelera, propensa ad blasphemiam, ut non sit opus oleum ad dere camino. Itaque Paulus tanquam prudens dispensator sermonis diuini, frequenter adhibita in consilium charitate, mauult id sequi, quod expedit proximo, quam quod ex sese licet: & habet sapientiam quam loquitur inter perfectos, inter infirmos nihil iudicat se scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Habet scriptura sacra linguam suam, semet ad nostrum sensum attempans. Illic enim irascitur deus, dolet, indignatur, furit, comminatur, odit, rursus miserescit, poenitet, mutat sententiam: non quod huiusmodi mutationes cadant in naturam dei, sed quod sic loqui conueniebat infirmitati tarditatique nostrae. Eadem prudentia decet illos opinor, qui dispensandi sermonis diuini partes susceperunt. Quaedam ob hoc ipsum noxia sunt, quae apta non sunt, quemadmodum uinum febricitanti. Proinde tales materias fortassis tractare licuerat in colloquijs eruditorum, aut etiam in scholis theologicis, quanquam ne hic quidem expedire putarim, nisi sobrie fiat, ceterum hoc genus fabulas agere in theatro promiscuae multitudinis, mihi uidetur non solum inutile, uerum etiam perniciosum. Malim igitur hoc esse persuasum in huiusmodi Labyrinthis non esse terendam aetatem aut ingenium, quam Lutheri dogma uel refellere, uel asserere. Haec uerbosius praefatus merito uidear, nisi pene magis ad rem pertinerent, quam ipsa disputa

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

disputatio. Iam quando Lutherus non recipit autoritatem ullius scriptoris, quantumuis approbati, sed tantum audit scripturas Canonicas, sanquam libens amplectar hoc laboris compendium. Quum enim tum apud Græcos, tum apud Latinos innumeri sint, qui uel ex professo, uel per occasionem tractant de libero arbitrio, non mediocris negocij fuerit ex omnibus colligere, quid quisq; pro libero arbitrio, aut contra liberè arbitrium dixerit, & inexplicandis singulorum dictorum sensibus, aut diluendis confirmandisue illorum argumentis, prolixam ac molestam operam sumere, apud Lutherum & huius amicos etiam inanem, præsertim quum illi non solum inter sese uariet, uerum etiam ipsi sibi non satis consent aliquoties. Et tamen illud interim lectorem admonitum uelim, si scripturæ diuinæ testimonijs ac solidis rationibus uidebitur cum Luthero paria facere, ut tum denique sibi ponat ob oculos tam numerosam seriem eruditissimorum uirorum, quos in hunc usque diem tot seculorum consensus approbavit: quorum plerosq; præter admirabilem sacrarum literarum peritiam, uitæ quoq; pietas commendat: quidam etiam doctrinæ Christi, quam scriptis defenderant, sanguine suo testimonium reddiderunt, quales sunt apud Græcos, Origenes, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, Ioannes Damascenus, Theophylactus: apud Latinos, Tertullianus, Cyprianus, Arnobius, Hilarius, Ambrosius, Hieronimus, Augustinus, ne recenseam interim, Thomas,

DE LIBERO ARBITRIO

Thomas, Scotos, Durandos, Capreolos, Gabrieles, Aegidios, Gregorios, Alexandros: quorum in argumentã do uim & argutiã non arbitror cuiquã esse prorsus cõtemnendam: utq; interim semoueam tot Academiãrũ, conciliorum, ac summorum Pontificum autoritatem. A temporibus apostolorum ad hunc usq; diẽ nullus adhuc scriptor extitit, qui in totum tolleret uim liberi arbitrij, præter unũ Manichẽũ & Ioannem Vuycleuum. Nam Laurentij Valle, qui propemodum uidetur cum his sentire, autoritas non multũ habet apud theologos ponderis. Manichæi uero dogma, quũ iam olim magno totius orbis consensu explosum sit & exhibatũ, tamen haud scio, an minus inutile sit ad pietatẽ, quã Vuycleui. Ille enim bona malaq; operare fert ad duas in homine naturas, sic tamen, ut opera bona debeamus deo propter conditionem, & interim aduersus potestatem tenebrarum reliquit causas implorandi opem conditoris: qua prouecti, leuius peccamus, & facilius operamur bonum. Vuycleuus autem omnia referens ad meram necessitatem, quid reliquit uel precibus nostris, uel conatus? Igitur ut ad id quod institueram, reuertar. Si lector uiderit meã disputationis apparatus ex æquo pugnare cum parte diuersa: tum illud secum expendat, utrum plustribuẽdum esse iudicet tot eruditorum, tot orthodoxorum, tot sanctorum, tot martyrum, tot ueterum ac recentium theologorum, tot Academiãrum, tot conciliorum, tot episcoporum & summorum Pontificum

COLLATIO D. ERAS. ROT.

sicū præiudicijs, an unius aut alterius priuato iudicio. Non quod, ut fit in humanis consensibus, ex numero suffragiorum, aut ex dignitate dicentiū metiar sententiam. Scio frequenter usu uenire, ut maior pars uincat meliorem: scio non semper esse optima, quæ plurimis probantur: scio nunquam defuturum in indagatione ueri, quod superiorum adijciatur industria. Fateor par esse, ut sola diuinæ scripturæ autoritas superet omnia mortalium omnium suffragia. Verum hic de scripturis non est controuersia. Vtraq; pars eandem scripturam amplectitur ac ueneratur: de sensu scripturæ pugna est. In cuius interpretatione si quid tribuitur ingenio & eruditioni: quid Græcorum ingenijs acutius, aut perspicacius? Quid in literis sacris exercitatus? Nec Latinis defuit ingenium, nec literarum sacrarum peritia, qui si naturæ felicitate cesserūt Græcis, certe monumentis illorum adiuti, potuerunt Græcorum industriam æquare. Quod si in hoc iudicio magis spectatur uita & factimonia quam eruditio, uides quales uiros habeat hæc pars, quæ statuit liberum arbitrium. Facebat odiosa, quod aiūt iureconsulti, cōparatio. Nolim enim quosdam istos noui Euangelij præcones, cum ueteribus illis conferre. Hic audio: Quid opus est interprete, ubi dilucida est scriptura? Si tā dilucida est, quur tot seculis uiri tam excellentes hic cæciterunt, idq; in re tanti momenti, ut isti uolunt uideri? Si scriptura nihil habet caliginis, quid opus erat Apostolorum temporibus prophetias

DE LIBERO ARBITRIO

phetia? Hoc erat donum spiritus. Sed haud scio, an quæ admodum sanationes & linguæ cessarunt, ita cessarit & hoc charisma. Quod si non cessauit, quærendū est, in quos deriuatum sit. Si in quoslibet, incerta erit omnis interpretatio. Si in nullos, quum & hodie tot obscuritates torqueant doctos, nulla erit interpretatio certa. Si in eos qui successerunt in locum Apostolorum, reclamabunt multis iam seculis multos succedere in locum Apostolorum, qui nihil habent spiritus apostolici. Et tamen de illis, si cætera paria sunt, probabilius præsumitur, quod deus his infundit spiritum, quibus tribuit ordinem: quemadmodum uerisimilius credimus baptizato datam gratiam, quam non baptizato. Sed donec mus, sicuti re uera donandum est, fieri posse, ut unicuique humili & idiotæ reuelet spiritus, quod multis eruditis nõ reuelauit, quandoquidem hoc nomine Christus gratis agit patri, quod quæ cæla set sapientes & prudentes, hoc est, scribas, phariseos & philosophos, reuelasset uisiois, hoc est, simplicibus, & iuxta mundum stultis. Et fortasse talis stultus fuit Dominicus, talis Franciscus, si licuisset illis suum sequi spiritum. Sed si Paulus suo seculo, quo uigebat donum hoc spiritus, iubet probari spiritus, an ex deo sint, quid oportet fieri hoc seculo carnali? Vnde igitur explorabimus spiritus? Ex eruditione? Vtrinque Rabini sunt. Ex uita? Vtrinque peccatores. In altera totus sanctorum chorus, qui statuunt liberum arbitrium. Ve-

rum

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

rum aiunt, sed homines erant. At ego iam homines confero cum hominibus, non homines cum deo, Audio: Quid multitudo facit ad sensum spiritus? Respondeo: Quid facit paucitas? Audio: Quid facit mitra ad intellectum scripturæ diuinæ? Respondeo: Quid facit sagum, aut cuculla? Audio: Quid facit cognitio philosophiæ, ad cognitionem sacrarum literarum? Respondeo: Quid facit inscitia? Audio: Quid facit ad intellectum scripturæ congregata synodus, in qua fieri potest, ut nullus habeat spiritum? Respondeo: Quid faciunt conuenticula priuata paucorum, in quibus uerisimilius est neminem esse, qui habeat spiritum? Paulus clamat: An experimentum quæritis inhabitantis in me Christi? Non credebatur Apostolis, nisi miracula fidem adstruxissent doctrinæ: nunc quilibet sibi postulat credi, quod affirmet se habere spiritum Euangelicum. Apostoli quoniam exatuebant uiperas, sanabant egrotos, excitabant mortuos, imposita manu dabant donum linguarum: ita demum creditum est, & uix creditum est illis paradoxa docentibus. Nunc quum iuxta communem opinionem adferant pene τὰ ἀγαθὰ ὁξότεια, nullus illorum adhuc extitit, qui uel equum claudum sanare potuerit. Atq; utinam quidam absq; miraculis præstarent synceritatem ac simplicitatem morum Apostolicorum, qui nobis tardiusculis essent miraculorum uice: Non hæc proprie dixerim in Lutherum, quem de facie non noui, ac scripta hominis legens, uarie afficior,

HERI

2. Cor. 13.

DE LIBERO ARBITRIO

uerū in alios quosdam mihi propius notos, qui si quid
 controuersie incidit de sensu scripturæ, nobis ueterū
 orthodoxorum interpretationem adferentibus, statim
 occurrunt, homines erant. Rogantibus quonam argumē
 to sciri possit quæ sit uera interpretatio scripturæ,
 quum utrinq; sint homines, respondent: indicio spiri-
 tus. Si roges, quur illis, quorum aliquot etiam miracu-
 lis æditis inclaruere mundo, defuerit spiritus potius
 quam ipsis: sic respondent, quasi mille trecentis
 nullum fuerit Euangelium in mundo. Si requiras ab
 illis uitam spiritu dignam, respondent, se fide iustos eē
 non operibus. Si requiras miracula, dicunt iam olim
 cessasse, nec opus esse iam in tanta luce scripturarum.
 Hic si neges hac in parte esse dilucidam scripturam, in
 qua tot summi uiri caligarint, circulus ad caput redie-
 rit. Iam ut demus eum qui spiritum habet, certum esse
 de sensu scripturæ, quo modo mihi constabit, quod ille
 sibi sumit? Quid faciam, ubi multi diuersos sensus
 adferunt, quorum unusquisque se iurat habere spiri-
 tum? Ad hæc quū spiritus non iisdem suggerat omnia,
 labi falliq; potest alicubi etiam is, qui habet spiritum:
 Hæc aduersus illos, qui tam facile reijciunt ueterum
 interpretationem in sacris libris, ac suam nobis sic op-
 ponunt, uelut ex oraculo proditam. Postremo ut de-
 mus Christi spiritum passurum fuisse, populum suum
 errare in leuioribus, unde non magnopere pendet ho-
 minum salus: qui credi potest illum annis plus mille
 trecentis

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

trecentis dissimulasse errorem ecclesie suae, nec ex tot sanctissimis uiris dignum habuisse quenquam, cui hoc inspiraret, quod isti contendunt esse totius Euangelicae doctrinae caput? Verum hic ut aliquando finiam, quid alij sibi arrogent, ipsi uiderint: ego mihi nec doctrinam arrogo, nec sanctimoniam, nec fido spiritui meo: simplici tamen sedulitate proferam in medium, quae mouent animum meum. Siquis docere conabitur, sciens non reluctabor ueritati. Sin ciuiler et absq; conuicijs conferenti uerius quam disputanti, malint maledicere, quis non desiderabit in eis spiritum euangelicum, quem semper habent in ore? Paulus clamat: Infirmum in fide suscipite. Et Christus Linum fumigans non extinguit. Et Petrus apostolus: Sitis, inquit, semper parati ad satisfaciendum omnibus postulantibus a uobis rationem, de ea quae in uobis est secundum mansuetudinem et reuerentia. Quod si respondebunt, Erasmus uelut utrem uetulum non esse capacem musti spiritus, quod ipsi propinant orbi: si sibi tantopere fidunt, saltem eo loco nos habeant, quo Christus habuit Nicodemum, apostoli Gamalielelem. Illum licet crasum, sed discendi auidum non repulit dominus: hunc suspendentem sententiam donec exitus rei doceret, quo spiritu gereretur, discipuli non sunt aspernati.

Absolui dimidium huius libri, in quo si persuadeo quod proposui, satius esse de rebus huiusmodi non contendere superstitiosius, praesertim apud uulgum, nihil

b opus

Rom. 1.
Esa. 42.
Mat. 12.
1. Pet. 3.

DE LIBERO ARBITRIO

opus est argumentatione, ad quam nunc accingor; optans, ut superet ubiq; ueritas, quæ fortassis ex collatione scripturarum, uelut ignis ex collisione silicium emicabit. Principio negari non potest in sacris literis plurima esse loca, quæ plane statuere uidentur liberum hominis arbitrium. Rursum in iisdem esse nonnulla, quæ uidentur in totum tollere. Constat autem scripturam secum pugnare non posse, quum ab eodem spiritu tota proficiscatur. Prius igitur recensebimus ea, quæ nostra confirmant; mox ea quæ ex aduerso stare uidentur, diluere conabimur. Porro liberum arbitrium hoc loco sentimus, uim humanæ uoluntatis, qua se possit homo applicare ad ea, quæ perducunt ad eternam salutem, aut ab iisdem auertere. Ab his qui statuunt liberum arbitrium illud in primis proferritur solet, quod legitur in libro, cui titulus Ecclesiasticus, siue sapientiæ Sirach, capit. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua: Si uolueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod uolueris, porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Non puto quenquam excepturum hic aduersus autoritatem huius operis, quod, ut indicat Hieronymus, olim apud Hebræos non habitum sit in canone, quum ecclesia Christi magno consensu receperit in suum canonem: neq;

uid sit li
rum ar
bitrium.

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

neq; causam uideo, quor Hebraei librum hunc a suo canone iudicant excludendum, quum parabolas Solomonis, & Canticum amatorium receperint. Etenim quod duos posteriores libros Esdrae, historiam apud Danielem de Zusanna, ac Belo dracone Iudith, Hester, aliaq; nonnulla non receperunt in canonem, sed inter hagiographa numerantur, quid illos mouerit, facile diuinat, qui libros eos attentius legerit. Ceterum in hoc opere tale nihil obstrepit lectori. Hic itaque loquens declarat Adam nostri generis principem sic fuisse conditum, ut rationem haberet incorruptam, quae dignosceret quid expetendum, quid fugiendum: sed addita est uoluntas, incorrupta quidem & illa, sed libera tamen, ut, si uellet, posset sese a bono auertere & ad malum deflectere. Eodem in statu conditi sunt angeli, priusquam Lucifer cum suis sodalibus deficeret a conditore suo. In his qui collapsi sunt, sic penitus corrupta est uoluntas, ut sese non possint ad meliora recipere: in his qui persisterunt, sic est confirmata bona uoluntas, ut iam ne possit quidem sese ad impietatem deflectere. In homine sic erat recta liberaq; uoluntas, ut absq; noua gratia potuerit in innocentia perseuerare, sic tamen, ut absque praesidio nouae gratiae non potuerit assequi felicitatem immortalis uitae, quam suis pollicitus est dominus Iesus. Haec tametsi non possumus omnia a pertis scripturarum testimonijs conuincere, tamen a patribus orthodoxis non improbabili-

DE LIBERO ARBITRIO

*differta sunt. Ceterum in Eva, nō solum uoluntas cor-
 rupta uidetur, uerum etiam ratio, siue intellectus: una
 de scaturit fontes omnium bonorum ac malorum. Vi-
 detur enim illi persuasisse serpens uanas fuisse minas,
 quibus interdixerat dominus, ne quid contingerent
 de ligno uitæ. In Adam magis uidetur corrupta uo-
 luntas ob immodicum quendam amorem erga sponsam
 suam, cuius animo maluit indulgere, quam præcepto
 dei: quanquam & in hoc arbitror corruptam fuisse
 rationem, ex qua nascitur uoluntas. Ea uis animi
 qua iudicamus, quam non refert, siue uouē .i. mentem
 aut intellectum, siue λόγος .i. rationem dicere malis,
 per peccatum obscurata est, non extincta, uoluntas
 qua eligimus aut refugimus, hætenus deprauata fuit,
 ut suis naturalibus præsijs non posset sese reuocare
 ad meliorem frugem, sed amissa libertate cogebatur
 seruire peccato, cui se uolens semel addixerat. Sed per
 dei gratiam, condonato peccato, hætenus facta est li-
 bera, ut iuxta sententiam Pelagianorum, absque præ-
 sidio nouæ gratiæ posset adipisci uitam æternam: sic
 tamen, ut salutem suam deo ferret acceptam, qui &
 condidit, & restituit liberum arbitrium, seandum or-
 thodoxos, sic posset ope diuinæ gratiæ semper adiu-
 uantis conatum hominis, perseverare in recto statu, ut
 tamen non careret procliuitate ad malum, ex semel
 inoliti peccati uestigijs. Quemadmodum autem pro-
 genitorum peccatum in posteros deriuatum est, ita &
 ad*

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

ad peccandum procliuitas transfijt in omnes, quam gratia peccatum abolens, hactenus mitigat, ut uinci possit, non extirpari. Non quod hoc non possit gratia, sed quia nobis non expediebat. Quemadmodum autem in his qui gratia carent (de peculiari loquor) ratio fuit obscurata non extincta, ita probabile est in iisdem uoluntatis uim non prorsus extinctam fuisse, sed ad honesta inefficacem esse factam. Quod oculus est corpori, hoc ratio est animo. Ea partim illustratur luce nativa, quae insita est omnibus, licet non pari mensura, de quo meminit psalmus: Signatum est super nos lumen uultus tui domine: partim praeceptis diuinis ac literis sacris quemadmodum dicit psalter noster: Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Vnde nascitur nobis triplex legis genus: lex naturae, lex operum, lex fidei, ut Paulinis utar uerbis. Lex naturae penitus insculpta mentibus omnium, tam apud Scythas quam apud Graecos, dicitur iniquum esse, si quis alteri faciat, quod sibi nolit fieri. Et philosophi sine luce fidei, sine adminiculo diuinae scripturae, ex rebus cognitis cognouerunt sempiternam dei uirtutem ac diuinitatem, ac de bene uiuendo multa praecepta reliquerunt, uehementer congruentia cum praeceptis Euangelicis, multisque uerbis ad uirtutem adhortantur detestantes turpitudinem. Et in his probabile est fuisse uoluntatem aliquo modo propensam ad honesta, sed inefficacem ad salutem aeternam, nisi per fidem accideret gratia. Lex autem operum,

Psal. 4.

Psal. 11

DE LIBERO ARBITRIO

Imperat & comminatur poenam. Ea peccatum congenit
 nat, & gignit mortem, non quod mala sit, sed quod ea
 precipiat, quæ sine gratia præstare non possumus. Lex
 fidei, quum magis ardua precipiat quam lex operum
 tamen addita copiosa gratia, quæ per se sunt impossi-
 bilia, reddit etiam dulcia, non modo facilia. Fides igitur
 modetur rationi læsæ per peccatum, charitas prouehit
 uoluntatem inualidam. Lex quodammodo operum erat:
 Ex omni ligno paradisi commode, de ligno autem sci-
 tiæ boni & mali ne comedas. In quacunq; enim die come-
 deris ex eo, morte morieris. Rursum per Moſen lex
 operum lata est: Ne quem occidas, si occideris occide-
 ris: ne cõmiseris adulteriũ, si cõmiseris, lapidaberis.
 Sed quid dicit lex fidei, quæ iubet diligere inimicos,
 quæ iubet tollere crucem quotidie, quæ iubet contemne-
 re uitã? Nolite timere pusillus grex, uestrũ est enim re-
 gnum cœlorum. Et: Confidite, quia ego uici mundum.
 Et: Ego uobiscũ sum usq; ad consummationem seculi.
 Hanc legẽ expreſerunt apostoli, quũ cæsi uirgis pro no-
 mine Iesu, gaudentes abirent a cõspectu consilij. Hinc
 Paulus: Omnia possum in eo, qui me corrobora. Nimi-
 rum hoc est, quod dicit ecclesiasticus: Et adiecit man-
 data & præcepta sua. Quibus? Primum duobus illis ge-
 neris humani principibus per se ipsum: post Iudaicæ gẽ-
 ti per Moſen & prophetas. Lex ostēdit quid uelit de-
 us, proponit poenã ni pareas, proponit præmiũ si pare-
 as. Ceterũ eligēdi potestatē illorũ relinquit uoluntati,

quam

Gen. 3.

Exod. 20.

Deu. 5

Luc. 12.

Ioan. 16.

Matth. 28

Phil. 4.

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

quam illis condidit liberam & utroq; uolubilem . Et i- Eccl. 1
 deo si uolueris mandata conseruare , conseruabunt te .
 Et rursum : Ad quod uolueris , porrigere manum tuam .
 Si latuisset hominem boni maliq; discrimen ac uoluntas
 dei , non poterat imputari , si perperam elegeret . Si uo-
 luntas non fuisset libera , non potuisset imputari pecca-
 tum , quod peccatum esse desinit , si non fuerit uolunta-
 rium , nisi quum error , aut uoluntatis obligatio ex pec-
 cato nata est . Ita per uim stuprate , nō imputatur quod
 est passa . Quanq̄ autem hic locus quem adduximus ex
 Ecclesiastico , peculiariter quadrare uidetur in primos
 illos progenitores , tamē aliqua ratiōe ad uniuersam po-
 steritatem Adā pertinet : non pertineret autem , si nul-
 la eſet in nobis liberi arbitrij uis . Quanquam enim
 arbitrij libertas per peccatum uulnus accepit , non ta-
 men extincta est : & quanquam contraxit claudicatio-
 nem , ut ante gratiam propensiores simus ad malum
 quam ad bonum , tamen excisa non est , nisi quod enor-
 mitas criminum & assuetudo peccandi , uelut in na-
 turam uersa , sic offuscatur nonnunquam mentis iudici-
 um , sic obruit arbitrij libertatem , ut illud extinctum ,
 hæc penitus adempta uideatur . Porro quantum ualeat
 in nobis liberum arbitrium post peccatum & ante gra-
 tiam , mire uariant , & ueterum & recentiorum ſeniē-
 tiæ , dum aliud aliud ſpectat . Qui uitabant deſperatio-
 nem ac ſecuritatem , ſed ad ſpem & conatum auerere
 uolebant homines , plus tribuebant libero arbitrio . Pecc-
Dicitur
quod
Eras-
mus
dicitur

DE LIBERO ARBITRIO

laqus docuit semel liberata sanataq; per gratiam ho-
 minis uoluntate, non opus esse noua gratia, sed liberi
 arbitrij praesidijs pertingi posse ad salutem aeternam:
 sic tamen ut hominis salus debeatur deo, sine cuius
 gratia uoluntas hominis non erat efficaciter libera ad
 bonum: Et haec ipsa uis animi, qua homo cognitum bonum
amplectitur, auertens se ab eo quod diuersum est, be-
neficium est conditoris, qui potuisset pro homine ranam
 producere. Qui Scoti placitis addicti sunt, proniores
 sunt in fauorem liberi arbitrij, cuius tantam uim esse
 credunt, ut homo nondum accepta gratia, quae peccatum
 abolet, natura uiribus exercere posset opera morali-
 ter, ut uocant, bona, quibus non de condigno, sed de
 congruo promereantur gratiam gratum facientem: sic
 enim illi loquuntur. Ab his alij ex diametro, quod a-
 iunt, dissentientes, contendunt omnia illa opera quan-
tumuis moraliter bona, fuisse deo detestabilia, non mi-
nus quam scelerate facta, quod genus sunt adulterium
et homicidium, quod non proficerentur ex fide et
charitate in deum. Horum opinio uidetur inclementi-
 or, praesertim quum philosophi quidam ut habuerunt
 aliquam de deo cognitionem, ita fieri potuit ut fiduti-
 am quoque nonnullam et charitatem habuerint erga de-
 um, nec omnia fecerint ob inanem gloriam, sed amore
 uirtutis et honesti, quod docent amplectendum, non
 ob aliud, nisi quia honestum est. Nam qui pro salu-
 te patriae, semet obijcit periculis ob inanem glori-
 am,

COLLATIO D. ERAS. ROT.

am, facit opus ex genere bonū, an moraliter bonū, nesci
 o: Sanctus Augustinus, & qui hunc sequuntur, conside-
 rantes quanta sit perniciēs ueræ pietatis hominem fide-
 re suis uiribus, propensiores sunt in fauorem gratiæ,
 quam ubique Paulus inculcat. Eoque negat hominem
 obnoxium peccato, posse sese reflectere ad uitæ corre-
 ctionem, aut quicquam posse facere, quod conferat ad
 salutem, nisi gratuito dei dono stimuletur diuinitus,
 ut uelit ea, quæ conducunt ad uitam æternam: hanc
 gratiam alij præuenientem uocant, Augustinus ope-
 rantem. Nam et fides quæ ianua est salutis, gratui-
tum dei donum est. Huic additam charitatem per
 uberius donum spiritus, appellat gratiam cooperan-
 tem, quod semper adsit conantibus, donec assequan-
 tur quod expetunt: sed ita tamen, ut quum simul idem
 opus operentur liberum arbitrium & gratia, gratia ta-
men dux sit operis, non comes. Quamquam hanc quo-
 que sententiam diuidunt quidam dicentes: si conside-
 res opus iuxta naturam suam, potio-rem causam esse uo-
 luntatem hominis: sin iuxta quod promeretur, gra-
 tiam esse potio-rem. Porro fides quæ præstat ut ueli-
 mus salutifera, & charitas quæ præstat ne frustra ue-
 limus, non tam tempore distincta sunt, quam natura:
 possunt tamen utraq; temporarijs accessibus augeri.
 Itaq; quum gratia significet beneficium gratis datum,
 tres aut, si mauis, quatuor gratias ponere licebit. Vnam
natura insitam, & per peccatum uiciatam, ut dixi-

DE LIBERO ARBITRIO

mus, non extinctam, quam quidam uocant influxum naturalem. Hæc omnium communis, manet etiam per seuerantibus in peccato, liberum est enim illis loqui, tacere, sedere, surgere, subleuare pauperē, legere libros sacros, audire concionem, sic tamen ut ista secundum opinionem quorundam nihil conducant ad uitam æternam. Nec desunt tamen, qui considerata immensa dei bonitate, dicant hæc tamen hominem proficere huiusmodi benefactis, ut præparetur ad gratiam, ac dei misericordiam erga se prouocet. Quam sunt qui negant hæc etiam fieri posse sine gratia peculiari. Hæc gratia, quoniã est omnium communis, non dicitur gratia, quum reuera sit, quemadmodum maiora miracula quotidie deus edit, gignendis rebus, conseruandis & gubernandis, q̄ si sanaret leprosum, aut liberaret demoniacum. Et tamen hæc ideo non uocantur miracula, quod ex æquo quotidie præstantur omnibus. Altera est gratia peculiaris, qua deus ex sua misericordia peccatorem nihil promeritum stimulat ad resipiscenciam, sicut tamen ut nondum infundat gratiam illam supremam, que abolet peccatū, ac deo gratum facit hominem. Itaq; peccator adiutus secunda gratia, quam diximus operantem, displicet sibi, tamen si nondum exuit affectum peccãdi, tamen elemosynis, precibus, intentus sacris studijs, audiendis concionibus, interpellandis pijs hominibus, ut pro se deum orent, alijsq; factis moraliter, ut uocant, bonis, summe illius gratiæ, uelut candidatum quendam agit. Existi-

manē

COLLATIO D. ERAS. ROT.

stant autem gratiam, quam nunc secundam facimus, per dei bonitatem nulli mortalium deesse, quod diuina benignitas singulis in hac uita suppeditet idoneas occasiones, per quas possit resipiscere, si quod reliquum est in ipsorum arbitrio, prouiribus accommodent ad opem numinis, uelut inuitantis, non compellentis ad meliora. Hoc autem putant esse in nostro arbitrio, ut uoluntatem nostram applicemus ad gratiam, aut auertamus ab ea, quemadmodum in nobis est ad illatum lumen aperire oculos ac rursus claudere. Quoniam autem immensa dei charitas erga genus humanum non patitur hominem frustrari, etiam illa gratia, quam gratum facientem uocant, si totis uiribus eam ambiert: fit ut nemo peccator debeat esse securus, nemo rursus debeat desperare: fit item illud, ut nemo pereat, nisi suo uicio. Est igitur gratia naturalis, est gratia extimulans, licet imperfecta: est gratia, quæ uoluntatem reddit efficacem, quam cooperantem diximus, quæ quod cœptum est prouehit: est gratia, quæ perducit usq; ad finem. Has tres putant eandem esse gratiam, licet ab ijs quæ operatur in nobis, diuersis cognominibus appellentur. Prima extimulat, secunda prouehit, tertia consummat. Ergo qui longissime fugiunt a Pelagio, plurimum tribuunt gratiæ, libero arbitrio pene nihil, nec tamen in totum tollunt: negant hominẽ posse uelle bonum sine gratia peculiari, negant posse incipere, negant posse progredi, negant posse perficere sine principali perpetuoq;

DE LIBERO ARBITRIO

petuoq; gratiæ diuinæ præsidio. Horum sententia satis
 uidetur probabilis, quod relinquat homini studium &
 conatum, & tamen non relinquit, quod suis ascribat
 uiribus. Sed durior est istorum opinio, qui contendunt
 liberum arbitrium ad nihil ualere nisi ad peccandū,
 solam gratiam in nobis operari bonum opus, non per
 liberum arbitrium aut cum libero arbitrio, sed in li-
 bero arbitrio, ut nostra uoluntas hic nihilo plus agat,
 quam agit cera, dum manu plastæ fingitur in quan-
 cunque uisum est artificis speciem. Hi mihi sic fugere
 uidentur meritorum & operum humanorum fiducia
 am, ut præter casam, quod dici solet. Durissima uide-
 tur omnium sententia, qui dicunt liberum arbitrium
 inane nomen esse, nec quicquam ualere aut ualuisse, uel
 in angelis, uel in Adam, uel in nobis, nec ante gratiam,
 nec post gratiam, sed deum tam mala quam bona ope-
 rari in nobis, omniaq; quæ sunt esse meræ necessitatis.
 Itaq; cum his duabus postremis mihi potissimum erit
 conflictatio. Hæc paulo loquacius nobis repetita sunt,
 quo lector imperitior, nam crassulis scribimus crassuli,
 reliquam argumentationem facilius percipiat, eoq; lo-
 cum ex Ecclesiastico primum retulimus, quod origi-
 nem ac uim liberi arbitrij planissime uideatur depin-
 gere. Nunc expeditiore cursu reliqua scripturarum
 testimonia persequemur. Id faciemus si prius admo-
 nuerimus hunc locum secus haberi in editione Aldi-
 na, quam hodie habeat ecclesiasticus usus Latinorum.

Non

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

Non enim in Græcis additur, conseruabunt te: quamquam eandem particulam, nec Augustinus addit, aliquoties adducens hunc locum, & ὡοῖσται scriptū opinor pro ὡοῖσται. Quemadmodum igitur in paradiso proposuerat electionem uitæ ac mortis, si paruertis præcepto meo uiuetis, sin minus, moriemini, Cauete malum, eligit quod bonum est, Itidem Genesis cap. 4. deus loquitur Caim: Quare iratus es, & quare concidit facies tua? Nonne si bene egeris recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit & Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Proponit præmium, si uelit eligere quod pium est: proponit poenam, si malit sequi diuersum. Et ostendit animi motus ad turpia uinci posse, nec adferre necessitatem peccandi. Cum his locis congruit, quod dominus loquitur ad Mosén: Posui ante faciem tuam uiam uitæ & uiam mortis. Elige quod bonum est, & incede cum eo. Quid poterat apertius dici? Deus ostendit quid bonum, quid malum, ostendit utriusque diuersa præmia, mortem & uitam: eligendi libertatem relinquit homini. Ridicule siquidem diceretur, elige, qui non adesset potestas semet huc & illuc applicandi, perinde quasi quis in biuio consistenti dicat, uides duplicem uiam, utram uoles ingreditor, quum altera tantum pateret. Rursum Deuteronomij cap. 3. Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo uitam, & bonum, & e contrario mortem & malū, ut diligas
 domi

DE LIBERO ARBITRIO

dominum deum tuum, & ambules in uijs eius, & custo-
 dias mandata illius, et ceremonias atq; iudicia, & ui-
 uas, atq; multiplicet te, benedicatq; tibi in terra, ad qua
 ingrederis possidendam. Si autem auersum fuerit cor
 tuum, & audire nolueris, atq; errore deceptus adora-
 ueris deos alienos, & seruieris eis, prædico tibi hodie
 qd pereas, & paruo tempore moreris in terra, ad qua
 Iordane transmissa ingredieris possidendam. Testes
 inuoco hodie coelum & terram, quod proposuerim uo-
 bis uitam & mortē, benedictionem & maledictionem.
 Elige ergo uitam, ut & tu uiuas & semen tuum. Hic
 rursum audis proponendi uerbum, audis eligendi uer-
 bum, audis auertendi uerbum, quæ intempestiue dice-
 rentur, si uoluntas hominis non esset libera ad bonum,
 sed tatum ad malum. Alioqui perinde fuerit, ac si quis
 homini sic alligato ut non possit brachium nisi in le-
 uum porrigere diceret: cæcæ habes ad dextram uinum
 optimum, habes ad leuam toxicum, utro uelis porrige
 manum. Nec dissonat ab his, quod apud Esaiam loqui-
 tur idem dominus: Si uolueritis & audieritis me, quæ
 bona sunt terræ comedetis: si uero nolueritis, neq; au-
 dieritis me, gladius uos consumet. Si non est homini
 ullo pacto libera uoluntas ad bonum, aut si, ut quidam
 aiunt, nec ad bonum nec ad malum, quid sibi uolunt
 hæc uerba, si uolueritis, si nolueritis? magis hic cõ-
 gruebat, si uoluero, si noluoero. Atque huiusmodi mul-
 ta quum peccatoribus dicantur, non uideo, quo modo
 uitari

cut. 30.

Esai. I.

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

nitari possit, quin his quoq; tribuamus uoluntatem alia quo modo liberam ad electionem boni: nisi malumus hanc cogitationem aut animi motum dicere quam uoluntatem, quod uoluntas certa sit, & ex iudicio nascatur. Sic autem loquitur apud eundem prophetã capit. 21. Si quæritis quærite, conuertimini & uenite. Quorsum attinet hortari, ut conuertantur & ueniãt, qui nulla ex parte sua potestatis sunt? Nonne perinde fuerit, ac si quis dicat uinaculis astricto, quem nolit soluere, moue te isthinc, ueni ac sequere me? Item apud eundem prophetam capit. 45. Congregamini & uenite. Et conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Rursum capit. 52. Consurge consurge, exutere de puluere, solue uinacula colli tui. Itidem Hieremias capit. 15. Si conuerteris conuertam te, & si separaueris preciosum a uili, quasi os meum eris. Quam uero ait separaueris, libertatem indicat eligendi. Euidentius etiam Zacharias & arbitrij liberi conatum indicat, & gratiam conanti paratam: Conuertimini, inquit, ad me ait dominus exercituum, & conuertar ad uos; dicit dominus. Ezechielis capit. 18. sic loquitur deus: Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis quæ operatus est, & fecerit iudicium, &c. Ac mox: Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. Item: Si autem auerterit se iustus a iusticia sua & fecerit iniquitatem. In hoc capite toties repetitur, auerterit se, fecit, operatus est, in bonam partem

Zach. 1.

DE LIBERO ARBITRIO

& in malam . Et ubi sunt qui negant hominem quicquã
 agere, sed pati tantum ab operante gratia? Projicite,
 Ezech . 8 . inquit, a uobis omnes iniquitates . Et: Quare moriemini
 Ibid . 33 . domus Israel? Nolo mortem peccatoris, reuertimini
 Ibidem . 18 & uenite . Deplorat pius dominus mortem po-
 puli sui, quã ipse operatur in illis? Si ille non uult mor-
 tem, utique nostræ uoluntati imputandum, si peccimus .
 Ceterum quid imputes illi qui nihil potest agere neq;
 boni neq; mali? His qui nullo modo suæ uoluntatis com-
 potes sunt, frustra canit hanc cantionem psalter ille my-
 sticus: Declina a malo & fac bonum, inquire pacem &
 Psal . 36 . persequere eam . Sed quorsum attinet huius generis
 aliquot recensere loca, quum tota diuina scriptura ple-
 na sit huiusmodi hortamentis? Conuertimini in toto
 Iohel . 2 . corde uestro . Conuertatur uir a uia sua mala . Præuari-
 Ione . 3 . catores redite ad cor . Et Conuertatur unusquisq; a uia
 Esa . 46 . sua mala, & poenitebit me mali, quod cogitauit facere eis
 propter maliciam studiorum eorum . Et: Si non audie-
 ritis me ut ambuletis in lege mea . Quum fere nihil
 aliud sonet scriptura quam conuersionem, quam studi-
 um, quam conatum ad meliora . Hæc omnia frigeant o-
 portet semel inducta necessitate uel benefaciendi, uel ma-
 le . Neq; minus frigebunt illæ tot pollicitationes, tot mi-
 ne, tot ex postulationes, tot exprobrationes, tot obtesta-
 tiones, tot benedictiones ac maledictiones factæ ad eos
 qui se uerterunt ad meliora, aut qui conuerti reasarunt .
 Quacumq; hora ingemuerit peccator . Video quod po-
 pulus

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

*populus iste durae cervicis sit. Popule meus quod feci? Itē: In
 dicia mea proiecerūt. Et: Si populus meus audisset me,
 Israel si in uis meis ambulasset, Qui uult uidere dies
 bonos, prohibeat linguam suā a malo. Quum audis qui
 uult, audis liberam uoluntatē. Hæc quum nusquam nō
 occurrant, nonne statim succurrit lectori, quid pollice-
 ris ex conditione, quod in tua unius uoluntate sitū est?
 Quid exoptulas, quum quicquid a me fit seu boni, seu
 mali, tu geras in me uelim nolim? Quid exprobras, quū
 in me non sit tueri quod dederas, nec excludere malum
 quod immittis? Quid obtestaris quum totū ex te pende
 at, & res ex tua geratur sentētia? Quid benedicis, quā
 si functus sim meo officio, quum tuum sit quicquid ge-
 stum est? Quid maledicis, quum necessitate peccarim?
 Quorsum autem attinent tot examina præceptorum, si
 non est cuiquam ullo pacto in manu seruare quod præ-
 ceptū est? Sunt enim qui negant hominē quātumuis iu-
 stificatum dono fidei & charitatis, ullum dei præceptū
 implere posse, sed omnia bona opera, quoniam in carne
 sunt, ad damnationē profectura fuisse, ni deus ob me-
 ritum fidei ignosceret illa per suam misericordiā. At-
 qui sermo quem per Moſen loquitur dominus Deuter.
 cap. trigesimo, declarat non solum in nobis situm quod
 præcipitur, uerum etiam in procliui, quum ait: Manda-
 tum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est,
 neq; procul positū, nec in cœlo sitū, ut possis dicere: quis
 nostrū ualet ad cœlū ascēdere, ut deferat illud ad nos*

Mich. 6.
 Psal. 80.
 Psal. 33.

DTOE LIBERO ARBIRI

*ut audiamus atq; opere compleamus? neq; trans mare
 positum, ut auferis & dicas, quis e nobis poterit ma-
 re transire, & illud ad nos usq; deferre, ut possimus au-
 dire quod præceptū est: sed iuxta est sermo ualde in o-
 re tuo, & in corde tuo ut facias illum. Et tamen illic lo-
 quitur de præcepto omnium maximo, ut reuertaris ad
 dominū deum tuum, in toto corde tuo, & in tota anima
 tua. Et quid sibi uult hoc, si tamen audieris, si custodie-
 ris, si reuertaris, si nihil horum ullo pacto situm est in
 nostra potestate? Non adnitur in huiusmodi reatran-
 dis esse copiosus, quum utriusq; testamenti libri talibus
 undiq; referti sint, ut qui talia studet conquirere, ni-
 hil aliud quam, quod diā solet, per mare querat aquas.
 Itaq; bona sacræ scripturæ pars, ut dixi, uidebitur fri-
 gere, si ultimam aut penultimam opinionem receperis.
 Reperiuntur autē in diuinis libris quedā loca, quæ con-
 tingentiam ac mutabilitatē etiam quandam deo tribue-
 re uidentur. Quod genus est illud quod legimus Hiere-
 miæ cap. 18. Si poenitentia egerit gens illa a malo suo,
 qđ locutus sum aduersus eā, agā & ego poenitentia sup
 malo, quod cogitavi ut facerē ei, si fecerit malum in o-
 culis meis, & non audierit uocem meam, & ego poeni-
 tentiam agam super bono, quod locutus sum ut facerem
 ei. Neque uero nesamus hic scripturam sacrā homi-
 num more loqui, quod & alias non raro faat, quum in
 deum nulla cadat mutabilitas. Sed ex irato propitius
 fieri dicitur, quum nos ad meliora resipiscentes digna-
 tur*

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

tur sua gratia: rursus ex propitio iratus, quum ad de-
 teriora relapsos punit & affligit. Rursum. 4. Regum
 capite uigesimo audit Ezechias: Morieris tu, & non
 uiues. Ac mox post lachrymas audit per eundem pro-
 phetam: Audiui orationem tuam & uidi lachrymas
 tuas, & conseruaui te &c. Itidem secundo Regum cap.
 duodecimo Dauid per Nathan audit a domino: Non
 recedet gladius de domo tua usq; in sempiternum &c.
 Mox ubi dixerat: Peccauit domino, audit mitiorem
 sententiam. Dominus quoque transtulit peccatum tu-
 um, non morieris. In his atque huiusmodi locis, quem-
 admodum tropus sermonis excludit mutabilitatem a deo,
 ita uitari non potest, quin intelligamus in nobis esse uo-
 luntatem huc & illuc flexilem: quae si necessitate fle-
 titur ad malum, quum imputatur peccatum? si necessi-
 tate flectitur ad bonum, quum deus ex irato fit propiti-
 us, quum nihilo plus illic debeat nobis gratia? Atq;
 haec tenus quidem ex uetere Testamento, de quo fortasa-
 se auferretur aliquis, nisi haec essent ex eorum genere, quae
 non solum oblitterata non sunt per lucem Euangelicam,
 uerumetiam plus uigoris acceperunt. Veniamus igitur
 ad noui Testamenti libros. Ac primum occurrit lo-
 cus ex Euangelio, quo Christus deplorans exadium ur-
 bis Hierosolymorum, ita loquitur: Hierusalem Hieru-
 salem, quae occidis prophetas, & lapidas eos qui missi
 sunt ad te, quoties uolui congregare te, quemadmo-
 dum gallina congregat pullos suos sub alas suas, &

Matth. 23

c 2 nolui

DE LIBERO ARBITRIO

noluisti? Si cuncta sunt necessitate, nonne merito Hierosolyma poterat respondere deplorati domino: Quid in manibus lachrymis te maceras? Si tu nolebas nos auscultare prophetis, quare eos misisti? Quare nobis impunitas quod tua uoluntate, nostra necessitate factum est? Tu uolebas nos congregare, & idem in nobis nolebas, quum hoc ipsum operatus sis in nobis, quod noluerimus. Atqui in uerbis domini non accusatur in Iudeis necessitas, sed praua ac rebellis uoluntas. Ego uolui congregare, tu noluisti. Rursus alibi: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Qua fronte diceretur, si uis, cui uoluntas libera non est? Item: Si uis perfectus esse, uade & uende, etc. Item Luca nono. Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. In precepto tam difficili tamen audis mentionem uoluntatis nostrae. Ac mox: Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Nonne frigent omnia praeclara praecepta Christi, si nihil tribuitur humanae uoluntati? Ego autem dico uobis. Ego autem dico uobis &c. Et: Si diligitis me, mandata mea seruate. Quanta apud Ioannem inculcatio mandatorum? Quam male coniunctio, si, congruit meræ necessitati? Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint. Si uis perfectus esse. Iam ubi toties est operum bonorum & malorum mentio, ubi mentio mercedis, ibi non intelligo quo pacto locus sit meræ necessitati. Neque natura, neque necessitas habet meritum. Sic autem dominus noster

Iesus

Mat. 19.

Ibidem.

Matth. 5.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

COLLATIO D. ERAS. ROT.

Iesus loquitur Matth. quinto: Gaudete et exultate, quia merces uestra copiosa est in cœlis. Quid sibi uult parabola de operarijs conductis in uineam? An operarij sunt qui nihil operantur? Datur denarius ex pacto uelut opere præmiũ. Dicit alijs, merces dicitur quod a deo quodammodo debetur qui suam fidem obstrinxit homini si crediderit promissis ipsius. Atqui hoc ipsum credere, opus est, in quo nonnulla functio est liberi arbitrij, quã sese applicat ad credendum, aut auertit. Quur collaudatur seruus qui domini sortem sua auxerat industria, quur damnatur ignauus & cessator, si nihil ibi nostrũ est? Rursum cap. uigesimo quinto, quum inuitat omnes ad consortium æterni regni, non commemorat necessitatem, sed ipsorum benefacta, dedistis cibum, dedistis potum, collegistis hospitem, uestistis nudum &c. Rursum, hocdis qui a sinistris sunt, exprobrat non necessitatem, sed uoluntariam operum omissionem: Vidistis esurientem, data est benefaciendi occasio, nõ dedistis cibũ etc. Iam nonne omnes Euangelicæ quoq; literæ plene sunt exhortationibus: Venite ad me qui onerati estis, uigilate orate, petite, querite, pulsate, uidete, cauete? Quid sibi uolunt tot parabole, de custodiendo uerbo dei, de occurrendo spõso, de nocturno suffossore, de domo fundãda super petram? Nimirum ad studium, ad conatum, ad industriam nos excitant ne percamus negligentes dei gratiam. Hec aut frigida uidentur, aut superuacanea, si cuncta referantur ad necessitatem. Idem di-

DE LIBERO ARBITRIO

endum est de minis Euangelicis: Vt uobis scribæ, ut uobis hypocrite, ut tibi Gorozaim: Frigebunt & exprobrationes illæ: O generatio incredula & peruersa, quam diu ero uobiscum, quam diu uos patiar, serpentes, progenies uiperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ? Ex fructibus, inquit dominus, eorum cognoscetis eos. Fructus opera dicit, ea nostra uocat: at ea nostra non sunt, si cuncta geruntur necessitate. Orat in crucæ: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quæto iustius excusasset eos, quia non est illis libera uoluntas, nec possunt si uelint aliter facere. Rursum Ioannes: Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine ipsius. Quomodo datur potestas ut filij dei fiant, qui nondum sunt, si nostræ uoluntatis nulla est libertas? Quum quidam offensi uerbis domini discessissent ab eo, dixit proximis discipulis: Nunquid & uos uultis abire? Si illi non discesserant sua sponte sed necessitate, quæ cæteros interrogat, num & ipsi uelint? Sed non erimus molesti lectori recensendis huiusmodi locis omnibus, quorum ut non est numerus, ita sua sponte facile cuique occurrunt. Dispiciamus an & apud Paulum strenuum assertorem gratiæ, & perpetuum expugnatorem operum legis, reperire liceat, quod statuat liberum arbitrium. Atque in primis occurrat locus in epistola ad Romanos capite secundo. An diuitias, inquit, bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis

Mar. 9.

Matth. 7.

Luc. 23.

Ioan. 1.

Ioan. 6.

COLLATIO D. ERAS. ROT.

minuitatis contemnis? An ignoras quod benignitas dei ad pœnitentiam te adducat? Quomodo imputatur contemptus præcepti, ubi non est libera uoluntas? aut quomodo deus inuitat ad pœnitentiam, qui autor est impœnitentiæ? aut quomodo iusta est damnatio, ubi iudex cogit ad maleficiam? Et tamen Paulus paulo ante dixerat: Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum ueritatem in eos qui talia agunt. Audis actionem, audis iudicium secundum ueritatem. Vbi mera necessitas? Vbi uoluntas nihil aliud quam patiens? Vide uero cui malum illorum imputet Paulus: Secundum autem duriciam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. Et hic audis iustum dei iudiciũ, audis opera digna supplicio. Quod si deus sua tantum bona opera, quæ per nos operatur, imputaret nobis ad gloriam & honorem & immortalitatem, plausibilis esset benignitas (quanquam & hic admiscet Apostolus secundum patientiam boni operis, et rursum, querentibus uitam æternam) Cæterum qua iustitia infligitur ira, indignatio, tribulatio, angustia, homini uelut operanti malum, qui nihil operatur sponte, sed omnia facit necessitate? Iam qui consistunt illæ Pauli collationes, de currentibus in stadio, de brabeo, de corona, si nihil est tribucndum nostro conatui? Ad Corinth. capite nono : An nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes

DE LIBERO ARBITRIO

quidem currunt, sed unus accipit brabeum, sic currite ut comprehendatis &c. Ac mox: Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Corona non datur nisi certantibus, & præmij loco datur, tanquam hunc honorem promeritis. Rursum ad Timotheum prima cap. sexto. Certa, inquit, bonum certamen fidei, apprehende uitam æternam. Vbi certamen est, ibi conatus est uoluntarius, Ibi periculum est, ne si cesses perdas præmium. Non itidem fit ubi mera necessitate eueniunt omnia. Rursum ad eundem epistolæ secundæ capite secundo: Nam & qui certat in agone, non coronatur, nisi qui legitime certauerit. Ac paulo superius: Labora sicut bonus miles Christi: Meminit & agricolæ laborantis: Certanti datur corona, militanti salarium: agricola fructum percipit. Item eiusdem epistolæ cap. quarto: Bonum, inquit, certamen certavi: aurum consummaui. In reliquum reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Mihi difficile uidetur certamen, coronam, iustum iudicem, reddedi, certandi, uerbum coniungere cum omnium rerum mera necessitate, cum uoluntate nihil agere, sed tantum patiente. Iacobus item hominum peccata non tribuit necessitati ac deo in nobis operanti, sed ipsorum deprauatæ concupiscentiæ. Deus, inquit, neminem tentat, sed unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Malefacta hominum Paulus uocat

Iacob. 1.

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

eat opera carnis, non opera dei: uidelicet hoc appellans carnem, quod Iacobus uocat concupiscentiam. Et in Actis audit Ananias: Quare tentauit Satanas cor tuum? Paulus idē ad Ephes. cap. secundo, mala opera tribuit spiritui bñius aeris, qui operatur in filijs diffidentie.

Act. 5.

Quæ cōmunicatio Christo cū Belial? Aut facite, inquit, arborem bonam & fructus eius bonos, aut facite arborem malam et fructus eius similiter malos. Qua igitur fronte quidam deo, quo nihil potest esse melius, tribuunt fructus pessimos? Quāq̄ aut̄ humana cōcupiscentia sollicitatur a Satana, aut rebus extrarijs, aut alioqui per occasionem rei quæ est in homine, tamen sollicitatio non adfert peccandi necessitatem, si uelimus obruti implorato diuino presidio: quemadmodum spiritus Christi pro uocans nos ad bene agendum, non adfert necessitatem, sed opem. Cōsentit cū Iacobo ecclesiasticus cap. 15. Ne nemi mandauit deus impie agere, & nemi dedit spatium peccandi. At qui cogit, plus facit q̄ si mandet. Sed euidentius est, quod scribit Paulus 2. ad Timoth. secundo: Si quis ergo se emūdauerit ab istis, erit uas in honore. Quomō emundat se, qui nihil agit omnino? Scio hic subesse tropū, sed in præsentiā mihi satis est, quod hic sermo multū dissonat ab his qui uolūt oīa tribuere meræ necessitati. Cōcinit huic illud 1. Ioan. 5: Oīs qui habet hāc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Admittā hic tropū, si uicissim illi nobis in alijs locis permittent tropi præsidiū. Et tamen nimis impudēs

Matt. 12

DE LIBERO ARBITRIO

fuerit tropus, si quis interpretetur, sanctificat se. i. uelit nolit sanctificatur a deo. Abijamus, inquit Paulus, opera tenebrarum. Et: Expoliamus ueterem hominem cum actibus suis. Quomodo iubemur abijcere, & exuere, si nihil agimus? Item ad Ro. 7. Nam uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Hic Paulus uidetur fateri esse in hominis potestate uelle quod bonum est, atqui hoc ipsum uelle benefacere, bonum est opus, alioqui nec uelle malum erit in malis. Ceterum extra controversiam est uoluisse occidere, malum esse.

Rursum. I. ad Co. 14. Spiritus, inquit prophetarum prophetis subiectus est. Si quos agit spiritus sanctus, sic agit, ut sit illis liberum, si uelint, obtemperare, multo magis hominis uoluntas ex sese sui iuris est. Nam hi quos agit spiritus phantasticus, nec tacere possunt si uelint, & sepe non intelligunt ipsi quod loquantur. Eodem pertinet illud quod admonet Timotheum. Noli negligere gratiam quam in te est. Declarat enim in nobis esse, auertere animum a gratia data. Item alibi. Et gratia eius in me uacua non fuit. Significat se non defuisse gratiae diuinae. Quomodo non defuit, qui nihil egit? Petrus epistolae 2. ca. 1. Vos autem, inquit, omnem artem subinseretes ministrare in fide uestra uirtutem etc. Ac mox: Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam uocationem uestram & electionem faciatis. Vult nostram solitudinem iungi gratiae diuinae, ut per gradus uirtutum perueniamus ad perfectionem. Sed iam dudum uereor ne cui uidear in his congerendis immodicus, quum nusquam non occurrant in diuinis uoluminibus.

Quum

Rom. 13.
Coloss. 3.

I. Tim. 4.

I. Cor. 15.

COLLATIO D. ERAS. ROT.

Quum enim scribat Paulus secunda ad Timotheū cap. tertio: Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum &c. Nihil horum uidetur habere locum, ubi mera & ineuitabili necessitate geruntur oīa. Quorum pertinent tot encomia sanctorum apud ecclesiasticum cap. quadragesimoquarto, & sequentibus aliquot, si nihil debetur industriae nostrae? Quid sibi uult ubique laudata obedientia, si ad bona & simul mala opera tale sumus instrumentum deo, quale securis est fabro? At tale instrumentum sumus omnes, si uerum est dogma Vuycleui. Omnia & ante gratiam & post gratiam bona pariter ac mala quin & media, mera necessitate geri, quam sententiam approbat Lutherus. Quod ne quis a me confictum causetur, ipsius uerba subscribam ex assertionibus. Vnde, inquit, & hunc articulum necesse est reuocare. Male enim dixi, quod liberum arbitrium ante gratiam sit res de solo titulo, sed simpliater debui dicere, liberum arbitrium est figmentum in rebus seu titulus sine re, quia nulli est in manu quippiā cogitare mali aut boni, sed omnia ut Vuycleui articulus Constantiae condemnatus recte docet, de necessitate absolute eueniunt. Hactenus Lutheri uerba recitauimus. Multa loca prudens praetereo, quae sunt in Actis & in Apocalypsi, ne molestus sim lectori. Haec tam multa, non siue causa mouerunt eruditos ac sanctos uiros, ne in totum tollerēt liberum arbitrium. Tantū abest ut spiritu

Satanæ

DE LIBRO ARBITRIO

Satanæ fuerint instigati, sibiq; damnationem accersierint, fidentes operibus suis. Nunc tempus est, ut ex aduerso recenseamus aliquot scripturarum testimonia, quæ uidentur prorsus tollere liberum arbitrium. Ea sane nonnulla sunt obuia nobis in sacris uoluminibus, sed in his duo præcipua sunt, ac cæteris euidentiora, quorum utrūq; sic tractat Paulus apostolus, ut prima specie nihil omnino tribuere uideatur uel operibus nostris, uel liberi arbitrij uiribus. Alter locus est Exodi cap. 9. & tractatur a Paulo epistolæ ad Romanos capi. nono, Indurauitq; dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos. Et rursus: Iccirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Paulus sic explicat adducens similem locum, qui est Exodi trigesimo secundo: Misi enim dixit: Misi rebor cuiusq; misereor, & commiserabor quenaunque commiseror. Igitur non uolentis, neq; currentis: sed miserentis est dei. Alter est apud Malachiam capit. primo, & tractatur apud Paulum cap. nono: Nomen fratris erat Iacob, dicit dominus: Et dilexi Iacob, Esau autem odio habui, Paulus sic explicat: Quum enim nondum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocâte dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quoniã autem absurdum uidetur, ut deus qui non solũ iustus est, uerum etiam bonus, indurasse dicatur

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

atur cor hominis, ut per illius maliciam, suā illustra-
ret potentiam. Origenes libro $\omega\epsilon\pi\iota\ \acute{\alpha}\rho\chi\omega\pi$ tertio, sic
explicat nodū, ut fateatur occasionē indurationis datā
a deo, culpam tamen in Pharaonem reijciat, qui sua ma-
licia factus sit obstinatioꝝ per hæc, per quæ debebat ad
pœnitentiā adduci: quēadmodum ex eodē hymbre ter-
ra alta producit fructum optimū, inculta spinas ac tri-
bolos: & quemadmodum ex eodem sole cera liquefit,
limus durefcit: ita lenitas dei, quæ tolerat peccantē, ali-
os adducit ad pœnitentiā, alios reddit obstinatioꝝ in
malicia. Misereatur ergo eorum, qui dei bonitatē agno-
scentes resipiscunt. Indurantur autē qui dilati ad pœni-
tētiā neglecta dei bonitate, proficiūt ad deteriora. Tro-
pū autē, quo dicitur fecisse, qui dedit occasionem, pro-
bat primū ex cōsuetudine sermonis popularis, quo uul-
go pater dicit filio, ego te perdi: quod errantem non
statim punierit. Vsus est simili tropo Esaias capit. 63.
Quare errare nos fecisti domine de uijs tuis, indurasti
cor nostrū, ne timeremus te? Hunc locū iuxta sententi-
am Origenis interpretatur Hieronymus. Indurat de-
us, quum nō statim castigat peccantē, & misereatur, quū
mox per afflictiones ad pœnitentiā inuitat. Sic apud
Osee loquitur iratus: Non uisitabo super filias uestras
quū fuerint fornicatæ. Rursus misericorditer castigat
in psal. 88. Uisitabo ī uirga iniquitates eorū, & in uerbe-
ribus peccata eorū. Eodē tropo dixit Hie. ca. 20. Sedu-
xisti me domine, & seductus sum, fortior me fuisti, &
inualui-

Osee. 4.

DE LIBERO ARBITRIO

inualuisti. Seducere dicitur qui non statim reuocat ab errore, quod ipsum existimat Origenes interim conducere ad perfectiorem sanitatem, quemadmodum periti chirurgi malunt tardius obducere acatricem uulneri, quo magis educta per hiatum uulneris sanie succedat perpetua sanitas. Annotat & illud Origenes, quod sit dominus: In hoc ipsum exatavi te, non in hoc ipsum feci te. Alioqui Pharaon non fuisset impius, si talem condidisset deus, qui contemplatus est omnia opera sua, & erant ualde bona. Nunc utroque uertibili uoluntate conditus, suapte sponte deflexit ad malum, dum suo animo maluit obsequi, quam dei iussis obtemperare. Hac autem Pharaonis malicia deus abusus est in suam gloriam & ad salutem populi sui, quo magis perspicuum esset, homines frustra conari, qui dei uoluntati resistunt: quemadmodum prudens rex aut patrifamilias seuitia quorundam, quos odit, tamen ad puniendos improbos abutitur. Nec tamen ideo uis fit nostrae uoluntati, si rerum euentus in manu dei est, aut si ille conatus hominum pro suo arcano consilio, alio uertit quam illi destinarant. Quemadmodum igitur malorum conatus uertit in bonum piorum, ita bonorum conatus non assequuntur quod expetunt, nisi adiuti gratuito dei fauore. Nimirum hoc est quod subiicit Paulus: Igitur non uolentis, neque currentis, sed misericordis est dei. Praeuenit dei misericordia uoluntatem nostram, comitatur eandem in conando, dat felicem euentum. Et tamen interim uolumus, currimus, assequimur, sic tamen ut hoc ipsum

Rom. 9.

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

ipsum quod nostrum est ascribamus deo, cuius sumus totum. Satis autem explicat nodum de praesentia, quod non imponat necessitatem uoluntati nostrae, sed mea sententia uix alius felicius quam Laurētius Valla. Nec enim praesentia causa est eorum quae eueniunt, quum et nobis contingat multa praesare, quae non ideo eueniunt quia praesamus, sed ideo praesamus, quod sint euenitura. Quae admodum non ideo fit eclipsis solis, quod eam astrologi futuram praedixerint: sed ideo futuram praedixerunt, quod esset futura. Ceterum de uoluntate ac destinatione dei difficilior est quaestio. Vult enim deus eadem quae praesat. Nam aliquo modo uelit oportet, qui quod praesat futurum, tamen non impedit, quum ipsi sit in manu. Et hoc est quod subiicit Paulus: Voluntati eius quis resistit, si miseretur cui uult, si indurat quem uult? Etenim si esset rex, quicquid uellet, efficeret: neque quisquam posset obistere, facere diceretur quicquid uellet. Ita dei uoluntas, quoniam est principalis causa omnium, quae fiunt, uidetur nostrae uoluntati necessitatem inducere. Nec haec quaestione explicat Paulus, sed obiurgat disputantem: O homo tu quis es qui respondes deo? Verum obiurgat impie obmurmurantem, ueluti si herus dicat seruo responsatori, quid tua refert, quare sic iubeam, tu fac quod iubeo? aliud responsurus si seruus prudens ac beneuolus modeste cupiat a domino discere, quare uelit hoc fieri, quod in specie uideretur inutile. Voluit deus male perire Pharaonem, et iuste uoluit, et bonum erat illi perire:

nec

DE LIBERO ARBITRIO

*nec tamen ille coactus est dei uoluntate, ut pertinaciter
 esset impius. Veluti si dominus sciens prauū ingenium
 serui, cōmitteret illi munus, in quo daretur occasio pec-
 candi, quo deprehensus lueret pœnas in exemplū alio-
 rum, præsцит illum peccaturū & usurum ingenio suo,
 & uult eum perire, & uult eum aliquo pacto pecca-
 re, nec tamen excusatur seruus, qui suapte malicia pec-
 cauit. Iam enim antea commertus est, ut omnibus pro-
 dita ipsius malicia det pœnas. Verum unde sumes ini-
 tium meritorū, ubi est perpetua necessitas, & ubi nun-
 quam fuit libera uolūtas? Quod autem de rerum euen-
 tu diximus, quia deus frequenter alio uertit quod agi-
 tur, quam destinarant homines, ut in plerisq; uerū est,
 ita non est perpetuo uerum: & frequentius accidit in
 malis quam in bonis. Iudæi crucifigētes dominum, de-
 stinarant illum in totum abolere: hoc impium illorum
 consilium deus uertit in gloriam filij sui, & in salutem
 totius mundi. Sed Cornelius ille Centurio, qui bonis o-
 peribus ambiebat fauorem numinis, assequutus est,
 quod uolebat. Et Paulus consummato cursu, assequu-
 tus est coronam quam ambiebat. Hic non excauiam, an
 deus, qui est sine controuersia primaria, & summa cau-
 sa omnium quæ fiunt, quædam sic agat per causas se-
 cundarias, ut ipse interea nihil agat: an sic agat omnia,
 ut secundariæ causæ tantum cooperentur causæ princi-
 pali, tametsi non sunt alioqui necessariæ. Certe dubita-
 ri non potest, quin deus, si uelit, possit omnium secu-
 ndariarum*

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

*dariarum causarum naturalem effectum in diuersum
 uertere. Videlicet efficiere potest, ut refrigeret & hu-
 mectet ignis, ut duret & exiaret aqua, ut obscaeret sol,
 ut rigeant flumina, ut fluant rupes, ut seruet uenenum,
 ut interimat abus. Quemadmodum ignis fornacis Ba-
 bylonicæ tres pueros resoallauit, & idem Chaldeos
 exussit. Id quoties facit deus, miraculum dicitur. Hac
 ratione potest adimere gustum palato, iudicium oca-
 lis, ingenij, memoriæ, uoluntatisq; uires obstupefa-
 cere, & ad id quod ipsi uisum fuerit, cogere. Quem-
 admodum fecit in Balaam, qui uenerat ut malediceret,
 nec potuit: aliud loquebatur lingua, aliud uolebat ani-
 mus. Cæterum quod in paucis fit, non pertinet ad gene-
 ralem sententiam. Et tamen in his quicquid deus uult,
 ex iustis causis uult: licet nobis aliquoties incognitis.
 Huic uoluntati nemo potest resistere, sed ordinate uo-
 luntati, siue, ut scholæ uocant, uoluntati signi nimirum
 sepe resistitur. An non resistit Hierosolyma, quæ no-
 luit congregari, quæ deus uoluerit? Sed dixerit aliquis:
 Interim dupliâ nomine necessitas est in rerum euentis,
 quod nec præsentia dei falli possit, nec uoluntas im-
 pediri. Non omnis necessitas excludit liberam uolun-
 tatem, quemadmodum deus pater necessario gignit fi-
 lium, & tamen uolens ac libere gignit, quia non co-
 actus. Potest & in humanis rebus aliqua poni necessi-
 tas, quæ tamen non excludat libertatem nostræ uo-
 luntatis. Præsciēbat deus, & quod præsciēbat aliquo
modo*

DE LIBERO ARBITRIO

modo uolebat, fore ut Iudas proderet dominum. Itaque si spectes dei praesentiam infallibilem, & uoluntatem immutabilem, necessario eueniendum est, ut Iudas prodatur dominum, & tamen Iudas poterat mutare uoluntatem suam, aut certe poterat non suscipere uoluntatem impiam. Dices: Quid si mutasset? Non fuisset falsa dei praesentia, nec impedita uoluntas, quum hoc ipsum praesaturus fuerit ac uoliturus, quod esset mutaturus uoluntatem. In his qui rem scholastica subtilitate discutunt, reapiunt necessitatem consequentiae, consequentis necessitatem reijciunt. Nam his uerbis solent explicare quod sentiunt. Fatentur enim necessario consequi, quod Iudas proditurus fuerit dominum, si hoc ab aeterno uoluntate efficaci uoluit deus: at negant consequi, quod ideo necessario proditurus sit, quum ex sua praua uoluntate suscepit impium negotium. Sed non est huius instituti, hoc genus argutias persequi. Iam quod dictum est: Indurauit dominus cor Pharaonis, potest eodem accipi sensu, quo accipitur illud Pauli: Tradidit illos in reprobum sensum: ut idem opus sit peccatum, & poena peccati. Sed quos tradit deus in reprobum sensum, utique tradit ob merita praecedentia, ueluti Pharaonem, quod tot signis prouocatus, noluerit dimittere populum: philosophos, quod quum dei diuinitatem nosse sent, coluerint lapides & ligna. Verum ubi mera perpetuaque necessitas est, nulla possunt esse merita, neque

Exod. 7.
Rom. 1.

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

neq; bona, neq; mala. Ad hæc, negari non potest, quin
 ad omnem actum concurrat operatio diuina, quum om-
 nis actio res quædam sit, atque etiam bonum quod-
 dam sit, uelut adulteram complecti, aut hoc ipsum uel-
 le. Cæterum actus malitia non proficiatur a deo, sed
 a nostra uoluntate, nisi quod deus, ut dictum est, di-
 posset aliquo sensu malitiam uoluntatis operari in no-
 bis, quod eam sinat ire quo uelit, nec reuoæt per suam
 gratiam. Ita perdidisse dicitur hominem, qui quum ser-
 uare posset, passus est perire. Sed hæc de rebus satis,
 quod ad hunc locum attinet. Nunc ad alterum de Esau
 & Iacob, de quibus nondum natis oraculo reppossum
 est: Maior seruiet minori, ut habetur Genesis. 25. Sed
 hæc uox non proprie pertinet ad hominis salutem: po-
 test enim deus uelle, ut homo, uelit nolit, seruus sit, aut
 pauper, ut tamen non reijciatur ab æterna salute. Cæte-
 rum, quod attexit ex Malachie capit. 1. Iacob dilexi,
 Esau autem odio habui: si literã urgeas, deus nec amat
 quemadmodũ nos amamus, nec odit quenquam, quum
 in hunc non cadant affectus huiusmodi. Præterea, quod
 creperam dicere, uidetur illic loqui propheta non de
 odio quo damnamur in æternum, sed de afflictione tem-
 poraria: ueluti dicitur ira ac furor dei. Reprehenduntur
 illic, qui uolebant extruere Idumæam, quam deus uo-
 lebat manere dirutam. Porro quod attinet ad tropolo-
 gram, nec omnes gētes dilexit deus, nec omnes Iudeos
 d 3 odit.

DE LIBERO ARBITRIO

odit, sed ex utraq; gente quosdam elegerat, ut hoc te-
 stimonium apud Paulum non admodum pugnet ad pro-
 bandam necessitatem, sed potius ad retundendam arro-
 gantiam Iudeorum, qui credebant sibi proprie deberi
 gratiam Evangelicam, quod essent posteritas Abrahamæ,
 & gentes abominabantur, nec reâpi patiebantur ad
 Evangelicæ gratiæ consortium. Id paulo post explicans
 diat: Quos & uocauit, non solum ex Iudeis. &c. Quo-
 niam autem deus quos odit aut diligit, ex iustis causis
 odit aut diligit, non magis offiat libertati arbitrij odi-
 um & amor, quo prosequitur nascituros, quam quo
 natos. Nondum natos odit, quia certo præfat illos ge-
 sturos odio digna: natos odit, quia committunt odio
 digna. Iudæi qui erant populus dilectus, reiecti sunt, et
 gentes qui non erant populus, receptæ sunt. Quare Iu-
 dæi reâsi sunt ab olea: quia noluerunt credere. Quare
 insite gentes: quia obedierunt Evangelio. Hæc causam
 adfert ipse Paulus: Propter incredulitatem, inquit, fra-
 cti sunt, utiq; quia credere noluerunt. Et ex cæcis faci-
 ssem ut rursus inferantur, si relicta incredulitate uo-
 luerint credere: & insitis inijât metum, ne exâdantur,
 si auerterint sese a gratia dei. Tu, inquit, fide stas, noli
 altum sapere, sed time. Ac mox: Ut non sitis uobis met
 ipsis sapientes. Hæc nimirum arguunt Paulum hoc il-
 lic agere, ut reprimat gentium simul & Iudeorum ar-
 rogantiam. Tertius locus est Esaiæ. 45. Væ qui con-
 tradiât factori suo, testa de samijs terræ. Nunquid di-
 cet lu-

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

et lutum figulo suo: Quid facis? & opus tuum absque manibus est? Sed evidentius apud Hieremiam cap. 18. Nunquid sicut figulus iste non potero uobis facere domus Israel? Ecce, sicut lutum in manu figuli, sic uos in manu mea. Hæc testimonia magis pugnant apud Paulum, quam apud prophetas, unde decerpta sunt. Paulus enim ita recenset: An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere, aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? Quod si deus uolens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ apta ad interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. &c. Vterque locus prophete obiurgat populum obmurmuranti domino, quod affligeretur ad emendationem. Horum impias uoces retudit propheta, quemadmodum Paulus retudit hanc impiam responsionem: O homo tu quis es: In his autem non aliter debemus nos submittere deo, quam figuli manibus obtemperat lutum uisum. Verum hoc non adimit in totum liberum arbitrium, nec excludit uoluntatem nostram, uoluntati diuinæ cooperantem ad salutem æternam. Etenim apud Hieremiam mox sequitur cohortatio ad pœnitentiam, quem locum ante retulimus. Ea frustra fit, si ex necessitate fiunt omnia. Porro quod hic Pauli sermo non pertinet ad excludendam in totum liberi arbitrii uim, sed ad retundendam impiam murmurationem Iudæorum aduersus deum,

Rom. 9.

DE LIBRO ARBITRIO

qui ob perniciam incredulitatem reijciabantur a gra-
 tia Evangelij, gentibus ob credulitatem receptis, satis
 explicat secunda epistola ad Timotheum capit. 2. In ma-
 gna autem, inquit, domo non solum sunt uasa aurea
 & argentea, sed & lignea & fictilia, & quedam qui-
 dem in honorem, quedam uero in contumeliam. Si quis
 ergo se emundauerit ab istis, erit uas in honorem san-
 ctificatum, & utile domino, ad omne opus bonum pa-
 ratum. Huiusmodi uero similitudines docendi gratia
 sic adhibentur in literis sacris, ut tamen non quadrent
 per omnia. Alioqui quid stultius, quam si quis dicat
 matule sanie: Si te ipsam expurgaris, eris uas utile &
 honorificum: uerum hoc recte dicitur teste rationali,
 que monita potest sese accommodare ad uoluntatem
 domini. Præterea, sit sane simpliciter homo deo, quod
 lutum est in manu figuli, qualecunque uas fingitur,
 nulli imputabitur, nisi figulo, præsertim si talis sit
 figulus, qui lutum etiam ipsum suo arbitrio crea-
 uit ac temperarit. Hic uas, quod ideo nihil com-
 meruit, quia sui iuris non est, coniicitur in ignem æter-
 num. Ad id igitur interpretemur parabolam, cuius
 docendi gratia adhibita est. Quod si uelimus omnes
 eius partes superstitione ad id quod propositum est
 accommodare, cogemur multa ridicula dicere. Figu-
 lus hic facit uas in contumeliam, sed ex meritis præ-
 cedentibus, quemadmodum reiecit Iudeos quosdam, sed
 ob incredulitatem. Rursus ex gentibus facit uas hono-
 rificum

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

visam ob credulitatem. Iam qui nos urgent sacre scripturae uerbis, ac similitudinem de figulo & massa uolunt simpliciter acapi, quur non concedunt nobis, ut alterum loquam: Si quis se emundauerit, simpliciter accipiamus? Et ita Paulus reperietur sibi contradicere. In priore loco totum ponit in manu dei, hic totum ponit in manu hominis. Et tamen uterque locus sanus est, quanquam aliud hic, aliud agit ille. Prior occludit os obmurmurantis deo, posterior inuitat ad industriam, ac deterret a securitate aut desperatione. Non dissimilis huic locus est Esaiæ cap. 10. Nūquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur? Quomodo si eleuetur uirga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui utiq; lignum est. Hæc dicta sunt aduersus impium regem, cuius seuitia deus abusus fuerat ad castigandum populum suum. At is ea, quæ gerebantur diuino permisso, tribuebat suæ sapientiæ, suisq; uiribus, quum fuisset organum iræ diuinæ. Organum erat, sed uiuum & rationale. Quale si esset securis & serra, non absurde diceretur & ipsæ aliquid agere una cum fabro. Serui sunt instrumenta uiua dominorum, ut docet Aristoteles, qualia forent seures, serræ, ligones, aratrum, si per se moueri possent, quemadmodum tripodes ac lebetes, quos sic fabricatus erat Vulcanus, ut sua sponte uenirent in æratamen. Herus præscribit, suppeditat ea quibus est opus, neq; quicquam possit efficere seruus absq; domino, &

2. Timo. 2.

DE LIBERO ARBITRIO

tamen nemo dicat seruum nihil agere, domini iussis obsequentem. Porro similitudo adhibita non ualet ad tollendam arbitrij libertatem, sed ad retundendam arrogantiam regis impij, non deo, sed suo robori suæq; sapientiæ tribuentis quod gesserat. Neque uero dissimile diluitur quod adduat Origenes ex Ezechiele: Auferram cor lapideum ab eis, & immittam eis cor carneum. Simili figura posset dicere præceptor discipulo solocassanti: Eximam tibi linguam istam barbariam, & inseram Romanam: nihilo secius tamen a discipulo requirit industriam, tametsi à præceptoris operam non posset discipulus mutare linguam. Quid est cor lapideum? Cor indoabile & obstinatum in malitiâ. Quid est cor carneum? Cor doabile, & obsequens gratiæ diuinæ. Qui statuunt liberum arbitrium, nihilo secius fatentur animum in malis obstinatum, non posse ad ueram penitentiâ mollescere, nisi adiutrice gratiæ cœlesti. Qui doabilem reddit, exigit & tuum conatum, ut doctus euadas. Dauid orat: Cor mundum crea in me deus. Et Paulus dicit: Qui se emundauerit. Ezechiel dicit: Facite uobis cor nouum, & spiritum nouum. Contra, Dauid clamat: Et spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Dauid orat: Et omnes iniquitates meas dele. Contra Ioannes: Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Dauid orat: Libera me de sanguinibus deus. Propheta reclamationem: Solue uincula colli tui, captiua filia Sion. Et Paulus: Abijcimus opera tenebras

Ezec. 36.

Psal. 50.

Ezech. 18.

1. Ioan. 3.

Esais. 52.

Rom. 13.

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

1. Pet. 2.

nebrarum. Item Petrus: Deponentes omnem maliciam
 & omnem dolum, & simulationes. &c. Paulus ad Phi
 lip. 2. Cum metu, inquit, & tremore uestram salu
 tem operamini. Atq; idem prioris ad Corinthios 12.
 Idem uero dicitur, qui operatur omnia in omnibus. Hu
 ius generis plusquam sexcenta loca sunt in diuinis li
 teris. Si nihil operatur homo, quur diat: Operamini?
 Si quid agit homo, quur diat: Deus operatur omnia
 in omnibus? Quorum altera, si quis ad suum commo
 dum detorqueat, nihil agit homo. Altera, si quis ad
 suam causam urgeat, totum facit homo. Quod si ni
 hil agit homo, nullus est locus meritis. Vbi non est lo
 cus meritis, ibi nec supplicijs, nec præmijs locus est. Si
 totum agit homo, non est locus gratiæ, cuius mentio
 nem toties inculcat Paulus. Non secum pugnat spiri
 tus sanctus, cuius afflatu proditæ sunt Canonice literæ.
 Vtraque pars amplectitur & agnoscat inuiolabilem
 scripturæ maiestatem. Sed interpretatio quæreda, quæ
 nodum explicet. Qui tollunt liberum arbitrium, sic in
 terpretabuntur: Ad quod uelis, extēde manum, id est,
 gratia extendet manum tuam ad quod ipsa uelit. Fa
 cete uobis cor nouum, id est, gratia dei faciet in uobis
 cor nouum. Omnis qui habet hanc spem, in eo sancti
 ficat se, id est, gratia sanctificat ipsum. Et abijamus
 opera tenebrarum, id est, gratia abijāat. Toties occu
 ritur hæc cantio in diuinis literis: Feat iustitiam, ope
 ratu est iniquitatem. Id quoties occurrit, exponemus,

d 5 deus fea

DE LIBERO ARBITRIO

deus fecit & operatus est in illo iustitiam & iniquita-
 tem. Iam si proferam hic ueterum orthodoxorum aut
 etiam cōaliorū interpretationem, mox reclamabitur,
 homines erant. Atqui in interpretatione tam uiolenta
 tortaq; non licet mihi dicere, Lutherus homo est. Sa-
 ne penes istos uictoria est, si ipsis licet utanque causæ
 commodum est, interpretari scripturas, nobis nec ueto-
 rum interpretationem sequi licet, nec nostram adfer-
 re in medium. Et hæc scriptura diluadior est, q̄ ut ege-
 at interprete, extēde manū ad quod uoles, id est, gratia
 extendet manum tuam, ad quod ipsa uolet, quod proba-
 tissimi doctores interpretati sunt, somniū erit, nō enim
 dicam quod alij non tacuerunt, instinctus Satane. Atque
 hæc loca, quæ uidētur iter se pugnare, facile redigūtur
 in concordiam, si nostræ uoluntatis conatum cū auxilio
 diuinæ gratiæ copulemus. In cōparatione figuli & se-
 aris, mordicus urgent nos uerbis simpliater intellectis,
 quoniam ita commodum est causæ ipsorum, hic pau-
 rum pudenter recedunt a uerbis diuinæ scripturæ, ui-
 delicet non multo uerecandius interpretantes, q̄ si quis
 dicat Petrum scribere, & alius interpretetur, non ipsa
 scribit, sed alius scribit in adibus eius. Nunc expe-
 riamur, quantum habeant roboris, quæ Martinus Lu-
 therus adduat ad subruendam liberi arbitrij potestati.
 Adduat enim ex Geneseos capite. 6. & 8. Non perma-
 nebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.
 Hoc loco scriptura non acapit carnem simpliater pro
impia

Geneseos
capite
6. & 8.
Non perma-
nebit spiritus
meus in homine
in æternum,
quia caro est.
Hoc loco scriptura
non acapit carnem
simpliater pro

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

impio affectu, quemadmodum aliquoties usurpat Paulus quum opera carnis iubet mortificari, sed pro infirmitate naturæ procliuis ad peccandum. Quemadmodum Corinthios carnales appellat, quod nondum essent capaces solidioris doctrinæ, uelut infantes etiamnū in Christo. Et Hieronymus in questionibus Hebraicis indicat apud Hebræos aliud haberi, quam nos legimus, nimirum ita: Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum, quia carnes sunt. Quæ uerba non seueritatem dei, sed clementiam sonant. Carnes enim appellat infirmæ conditionis, et ad malum procliues: spiritum autem uocat indignationem. Negat itaq; se uelle illos æternis supplicijs seruare, sed uelle misericorditer hic pœnas de illis sumere. Et tamen hoc dictū non pertinet ad uniuersum genus hominum, sed tantū ad illius ætatis homines nefandis uitijs corruptissimos. Et ideo dicit, in hominibus istis. Nec tamen simpliater ad uniuersos illius ætatis homines pertinebat: quandoquidem laudatur Noe ut uir iustus et deo gratus. Eodem modo dissolui potest quod adfertur ex eiusdem operis capit. 8. Sensus enim et cogitatio cordis humani prona sunt ad malū ab adolescentia sua. Et cap. 6. Cuncta cogitatio cordis intenta est ad malū omni tēpore. Procliuuitas autē ad malum, quæ est in plerisque hominibus, non adimit in totū libertatem arbitrij, etiā si uim in totū nō potest, sine auxilio gratiæ diuinæ. Quod si nulla pars resipiscentiæ pendet ab arbitrio, sed omnia necessitate quadam

Gen. 6.

DE LIBERO ARBITRIO

quadam geruntur a deo, quur inibi datum est hominibus spatium poenitendi? Eruntq; dies illius centum & uiginti annorum. Nam Hieronymus in questionibus Hebraicis hunc locum referru uult non ad spatium humane uitae, sed ad tempus diluuij, quod indultum est, ut interim, si uellent resipiscerent: si nollent, digni uiderentur ultione diuina, qui lenitatem domini contempserunt. Porro quod adducit ex Esaiæ cap. 40. Suscepit de manu domini pro omnibus peccatis suis. Hieronymus de diuina uindicta interpretatur, nõ de gratia red dita pro malefactis. Quauquam enim Paulus dicit: Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia: non tamen consequitur ex hoc, quod ante gratiam gratum facientem non possit homo adiutus auxilio dei, per opera moraliter bona sese preparare fauori diuino, quem admodum legimus de Cornelio Centurione nõdum baptizato, ac nondum afflato spiritu sancto: Precationes & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam apud deum. Si omnia opera mala sunt quæ fiunt ante gratiã illam summam, an opera mala conciliant nobis fauorem dei? Iam quod adfert ex Esaiæ cap. eodem: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Excicatum est fœnum, & flos eius decidit. Quia spiritus domini sufflauit in illud, uerbum autem domini manet in æternum: mihi uidetur utolentius trahi ad gratiam & liberum arbitrium. Siquidem hoc loco spiritũ accipit Hieronymus pro indignatione diuina, carnem pro infirma

Rom. 5.

Acto. 10.

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

infirmam hominis conditionem, quæ nihil ualet aduersus deum: florem pro gloria, quæ nascitur ex felicitate rerum corporalium. Iudæi gloriabantur in templo, in præputio, in uictimis: Græci gloriabantur in sapientia sua. Verum per Euangelium reuelata ira dei de cælo, excitata est omnis illa gloria. Nec tamen omnis affectus hominis est caro, sed est qui dicitur anima, est qui dicitur spiritus, quo nitimur ad honesta: quam partem animi, rationem uocant, aut ἡγεμονικόν, id est, principalem, nisi forte in philosophis nullus fuit ad honesta nitens, qui docuerunt milies oppetendam mortem citius, quam admittendam turpitudinem, etiam si sciremus futurum, ut et ignorarent homines, et deus ignosceret. Quanquam sæpe corrupta ratio male iudicat. Nescitis, inquit dominus, cuius spiritus sitis. Errore querebant uindictam, quod ad præces Helie descendisset olim ignis de cælo, qui absumpsit Pentecontarchos cum suo comitatu. Esse autem et in bonis spiritum humanum diuersum a spiritu dei, declarat Paulus ad Romanos 8. Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei. Quod si quis contendat, id quod est in hominis natura præstantissimum, nihil aliud esse quam carnem, hoc est, affectum impium: huic facile assentiar, si quod asseuerat, sacræ scripturæ testimonijs doceat. Quod natum est ex carne, caro est: et quod natum est ex spiritu, spiritus est. Porro Ioannes docet eos qui credunt Euangelio, ex deo nasci, ac fieri filios dei,

atq;

Luc. 9.

DE LIBERO ARBITRIO

atq; adeo deos. Et Paulus distinguit hominē carnalē, qui nō sapit ea quę dei sunt, a spiritali, qui omnia diiudicat. Rursus alias uocat nouam creaturam in Christo. Si totus homo etiam renatus per fidem nihil aliud est q̄ caro, ubi spiritus e spiritu natus, ubi filius dei, ubi noua creatura? Super his doceri uelim. Interim abutar ueterū autoritate, qui semina quędam honesti tradunt insita mentibus hominū, quibus aliquo modo uident & expetunt honesta, sed additos affectus crassiores, qui soliatant ad diuersa. Porro uolūtas huc aut illo uersatilis diatur arbitrium, quę tamen si ob relictam in nobis peccati procliuatē, fortasse propensior est ad malū q̄ ad bonum, tamen nemo cogitur ad malum, nisi consentiat. Rursus, quod reatit ex Hieremie cap. 10. Sāo domine, quoniam non est hominis uia eius, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos: magis ad rerum letarum & tristium euentus pertinet, q̄ ad potestatem liberi arbitrij. Frequenter enim quū maxime cauēt homines, ne quid incurrāt mali, maxime malis inuoluuntur. Nec ob id adimitur libertas uoluntatis, uel his q̄ patiūtur, quia malū uenturū nō pręuiderāt: uel his q̄ inferūt, quia nō eodē animo affligūt inimicos, quo deus p̄ illos hoc facit: nimirū ut castiget. Quod si maxime torqueas ad liberū arbitriū, nemo nō fatetur absq; dei gratia neminē posse rectū uitę cursum tenere, & quotidie oramus: Dirige domine deus in cōspectu tuo uia meam: nihilo secus tamen interim amittimur & ipsi pro uiribus.

Psal. 5.

bus. *Oramus: Inclina cor meum deus in testimonia tua. Qui petit auxilium, nõ dõponit conatum. Iterum Pro- uerbiorum. 16. Hominis est pręparare cor, domini autę est gubernare linguam. Et hoc ad euenta rerum pertinet, quę possunt acaderē aut non accidere, atra dispendium salutis æternę. Quomodo autem est hominis pręparare cor, quum Lutherus affirmet omnia neccsitate geri? At idem eodę in loco diat: Reuela domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuę. Audis opera tua, audis cogitationes tuas, quorum neutrum diā potest, si deus in nobis operatur omnia & bona & mala. Initiũ uitę bonę, misericordia & ueritas. &c. Aliaq; inibi multa leguntur, quę faciunt pro his qui statuunt liberum arbitrium. Quod autem atat ex eodem capite: Omnia propter semetipsum operatus est dominus, etiã impium ad diem malum, Deus non condidit ullam naturam ex se malam, & tamen sic sua ineffabili sapientiã temperat omnia, ut mala quoque uertat in bonum nostrum, & in gloriam suam. Nec enim Luasferum condidit malum, sed sua sponte defiaentem reseruat æternis supplicijs, & per huius malitiã exercet pios, punit impios. Neq; multo magis urget, quod refert ex cap. 20. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini, quoanq; uoluerit inclinabit illud. Non statim cogit, qui inclinat: & tamen nemo negat, ut dixi, deum posse uim facere cogitationi hominis, extundere quod uolebat, & aliam uoluntatem inserere, quin*

DE LIBERO ARBITRIO

vere, quin & mentem ipsam potest adimere. Nec ideo tamen non manet in nobis regulariter liberum arbitrium. Quod si Solomon sentit hic, quod interpretatur Lutherus, quum omnia corda sint in manu domini, quur hoc ceu peculiare pronuniat de corde regis? Hic locus magis consentit cum eo quod legimus Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi. Item Esaiæ. 3. Et dabo pueros principes eorum, et effœminati dominabuntur eis. Quum deus propitiuus populo suo inclinât animum regis ad bona, non adfert illius uoluntati necessitatem. Cæterum ad malum inclinare diatur, quum offensus populi peccatis, non reuocat animum stulti principis ad rapinas, ad bella, ad tyrannidem propensum, sed sinit illum suis affectibus præcipitem agi, quo per illius maliciam castiget populum. Quod si quando fieret, ut deus regem ita commeritum impelleret ad maliciam, nihil est neesse peculiarem casum trahere ad sententiam generalem. Huiusmodi testimoniorum, cuiusmodi Lutherus profert e Prouerbijis, ingens acerruus undiquaq; colligi poterat, sed magis faceret ad copiam quam ad uictoriam. Tale genus argumentorum rhetores solent in medium ad eam conijcere. Sunt enim huiusmodi pleraq; ut adhibita commoda interpretatione, uela libero arbitrio stare, uel contra liberum arbitrium pugnare queant. Illud telum Lutherus existimat Achilleum, & inuictabile, quod Christus in Euangelio Ioannis. 15. ait.

Sine

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

Sine me nihil potestis facere. Atqui mea sententia potest ad hoc non uno modo responderi. Primum, uulgo nihil agere dicitur, qui non assequitur id quod expetit, & tamen frequenter aliquosq; promouit, qui conatur. In hoc sensu uerissimum est, nos sine Christo nihil posse facere, loquitur enim illic de fructu Euangelico, qui non contingit nisi manentibus in uite, qui est Christus Iesus. Hoc tropo dixit Paulus: Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat deus. Quod minimi momenti est, ac per se inutile, nihil appellat. Itē. 1. ad Corinth. cap. 13. Si charitatem non habuero, nihil sum. Et mox: Nihil mihi prodest. Rursus ad Romanos cap. 4. uocat ea quæ non sunt, tanquam sint. Rursus ex Osee, non populum uocat, populum contemptum & reiectum. Simili figura dictum est in psalmis: Ego sum uermis & non homo. Alioqui si quis urgeat hac uocē, nihil, ne peccare quidē licebit sine Christo. Nam Christiū hic opinor diā gratiam eius, nisi confugiant ad illud iam explosum, peccatum esse nihil. Et hoc in aliquo sensu uerū est, quandoquidē nec sumus, nec uiuimus, nec mouemur sine Christo. Atqui isti donant nonnunq̄ liberū arbitriū absq; gratia ualere ad peccandū. Donat hoc Lutherus ipse in primāpio suæ assertionis. Eo dem pertinet quod ait Ioannes Baptista: Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datū de caelo. Nec ideo consequitur nullam esse uim aut usum liberi arbitrij. Quod ignis calefacit, e caelo uenit, quod nos iuxta

1. Cor. 3.

Psal. 21.

e naturæ

DE LIBERO ARBITRIO

naturæ sensum expetimus utilia, & refugimus noxia, e cœlo est: quod post lapsum impellitur uoluntas ad meliora studia, e cœlo est: quod lachrymis, elemosynis, precibus assequimur gratiam quæ nos deo gratos reddit, e cœlo est. Nec interim nihil agit nostra uoluntas, quanquam non assequutura quæ conatur, nisi adiutricæ gratia: sed quoniã minimũ hoc est, quod per nos agitur, totum deo transcribitur, quæ admodum nauita qui nauim in portũ deduxit e graui tēpestate incolumẽ, non diat, ego seruauim nauim, sed deus seruauit: & tamẽ illius ars & industria non fuit oïosa. Similiter agricola conueniẽs uberẽ prouentum ex agris in horrea, non diat, ego dedi tam copiosam annonã, sed deus dedit. Et tamẽ interim quis dicat agricolã nihil egisse ad prouentũ frugũ? Sic & uulgo loquuntur: deus dedit tibi pulchros liberos, quũ ad hos gignẽdos non defuerit opera patris. Et, deus restituit me sanitati, quũ non nihil adiuuarit me dias: quemadmodũ diamus, rex deuiat hostes, quũ tamen duces & milites nauarint bonã operã. Nihil prouenit absq; cœlesti pluuia, & tamen terra bona producit fructum, terra mala nihil adfert boni fructus. Sed quoniam humana opera nihil effiat, nisi accesserit fauor diuinus, summa tribuitur diuino beneficio. Nisi dominus ædificauerit domum, in uanũ laborant qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Nec tamen interim in ædificando cessat œra fabrorum, nec in custodiendo uigilantia

Psal. 126.

tia exaibitorum. Iam, non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Prima specie uidetur tollere liberum arbitrium, sed re uera adimit nobis sollicitudinem anxiam præmeditandi quid simus dicturi in negotio Christi: alioqui peccarent conaonatores, qui se studio preparant ad sacram conaonem. Nec omnibus hoc expectandum, si quando discipulis rudibus spiritus infudit, quod dicarent quemadmodum infudit & linguarum donum. Et si quando infudit, tamen in dicendo uoluntas eorum consentiebat afflatui spiritus, simulq; agebat cum agente. Atq; hoc sane est liberi arbitrij. Nisi forte reapiemus sic deum loquutum per os apostolorum, quemadmodum loquebatur Balaamo per os asine. Sed magis urget quod est apud Ioannem. 6. Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Trahendi uerbum uideatur sonare necessitatem, & excludere uoluntatis libertatem. Verum hic tractus non est uiolentus, sed facit ut uelis, quod tamē potes nolle, quemadmodum ostendimus puero malum & accurrit, ostendimus oui ræmum salicis uirentem, & sequitur: ita deus pulsat animum nostrum sua gratia, & uolentes amplectimur. Sic accipiendum & illud quod habetur apud eundem cap. 14. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Sicut pater glorificat filium, filius patrem, ita pater trahit ad filium, filius ad patrem. Sic autem trahimur, ut mox uolentes arramus. Sic legis in Cantico: Trahe me post

Cap. 1.

DE LIBERO ARBITRIO

te, curremus &c. Ex Paulinis item epistolis aliquot loca colligi possunt, quæ uidentur omnem liberi arbitrii vim subuertere: quod genus est illud. 2. Corinth. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex deo est. Verum hic duobus modis succurri potest libero arbitrio. Primum enim quidam orthodoxi patres, tres gradus faciunt operis humani: primus est cogitare, secundus uelle, tertius perficere. Atque in primo quidem ac tertio nullum locum tribuunt libero arbitrio quicquam operandi. Animus enim a sola gratia impellitur, ut cogitet bonum, & a sola gratia peragitur, ut perficiat quod cogitauit. Cæterum in medio, hoc est, in consensu, simul agit gratia & humana uoluntas: sic tamen, ut primæ causa sit gratia: minus primæ causa, nostra uoluntas. Quoniam autem summa rei tribuitur illi, qui totum contulit ad perficiendum, non est quod homo ex bono opere sibi quicquam asserat, quum hoc ipsum, ut possit consentire, & cooperari gratiæ diuinæ, dei munus sit. Deinde hæc præpositio, ex, sonat originem ac fontem, eoque Paulus distincte refert a nobis quasi ex nobis ἀφ' ἑαυτῶν ὡς ἐξ ἑαυτῶν .i. ex nobis ipsis. Hæc diu poterant etiam ab illo qui donaret, boninem nature uiribus efficaciter uelle bonum, quandoquidem nec eas uires habet ex sese. Quis enim negat omne bonum a deo uelut a fonte proficisci? Atque id frequenter in multis Paulus, ut adimat nobis arrogantiam

tiam ac fiduciam nostri, quod & alibi facit: Quid habes quod non accepisti? Si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Gloriam audis, quam retundit hoc dicto. Idem audisset seruus, qui domino lucrum ex usura partum adnumerat, si sibi uindicasset laudem bene collocatæ operæ. Quid habes quod non accepisti? Et tamen ob strenue nauatam operam collaudatur a domino. Eandem cautionem canit Iacobus .i. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens. Item Paulus ad Ephesios .i. Qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ. Et hæc eo pertinent, ne quid arrogemus nobis, sed omnia referamus accepta gratiæ diuinæ, qui nos auersos uocauit, qui per fidem purificauit, qui hoc ipsum donauit, ut nostra uoluntas possit esse conuersa & illius gratiæ, quanquam hæc uel ad omnia satis abunde sit sola, nec opus habeat ullo humane uoluntatis auxilio. Ceterum quod est ad Philipen. cap. 2. Deus enim operatur in nobis & uelle & proficere, pro bona uoluntate: non excludit liberum arbitrium, quum enim ait, pro bona uoluntate, si referas ad hominem, ut interpretatur Ambrosius, intelligis bonam uoluntatem simul agere cum agente gratia. Ac mox inibi præcedit: Cum metu & tremore uestram salutem operamini. Vnde colligis & deum operari in nobis, & uoluntatem ac sollicitudinem nostram simul admitti cum deo. Eam interpretationem ne quis putet reijciendam,

DE LIBRO ARBITRIO

prædit, ut dictum est, hunc locum, uestram ipsarum salutem operamini ἐργάζεσθε, quod uerius significat operari, quam uerbum ἐνεργεῖν, quod deo tribuitur, ὁ ἐνεργῶν. ἐνεργεῖ uero proprie, quod agit & impellit.

Sed ut idem polleant ἐργάζεσθε καὶ ἐνεργεῖν, certe locus hic docet & hominem operari & deum. Quid autem operatur homo, si idem est nostra uoluntas deo,

Math. 10.

quod argilla figulo? Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. hoc apostolis dictum est. Et tamē in actis Petrus legitur locutus.

Acto. 4.

Tunc repletus spiritu sancto Petrus dixit ad eos. Quomodo cohererunt hæc inter se contraria, tu non loqueris sed spiritus, & Petrus locutus est plenus spiritu sancto, nisi quod spiritus sic loquitur in apostolis, ut simul & ipsi loquantur obtemperantes spiritui: & tamen uerum est, eos non loqui, non quod nihil agant, sed quod ipsi non sint principales sermonis autores: Itidē de Ste-

Acto. 6.

phano legimus: Et non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur: & tamen ipse loquitur apud cōciliū. Ita Paulus: uiuo autē iam nō ego, uiuit uero in me Christus. Et tamen iustus apud eundem ex fide uiuit.

Galat. 2.

Rom. 1.

Abzac. 2.

Quomodo igitur uiuens non uiuit? quia spiritui dei fert acceptum quod uiuit. Et ad Corinthios primo capite decimoquinto. Nō autem ego, sed gratia dei, quæ mea est. Si nihil egerat Paulus, quur ante dixerat, se fecisse. Sed abundantius, inquit, illis omnibus laboraui.

Si uerum erat, quod dixerat, quur hic corrigat quasi operans

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

peram dictum? Nimirum huc spectabat correctio, non ut intelligeretur nihil egisse, sed ne uideretur suis uiribus ascribere, quod auxiliante dei gratia gesserat. Igitur insolentia suspitionem excludit ea correctio, non operis foetatem. Non enim uult deus ut homo sibi quicquam tribuat, etiam si quid esset quod merito posset sibi tribuere. Quum feceritis omnia quae praecepta sunt uobis, dicit, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. An non rem egregiam praestiterit qui seruarit omnia praecepta dei? Qualis an omnino quisquam reperitur nescio. Et tamen qui hoc praestiterint, iubentur dicere, serui inutiles sumus. Non negantur se esse, sed doentur uitare periculosam arrogantiam.

Luc. 17.

Aliud loquitur homo, aliud loquitur deus. Homo dicit, seruus sum, & seruus inutilis. Quid dominus? Euge serue bone & fidelis. Et: iam non dicam uos seruos, sed amicos. Eosdem pro seruis fratres appellat. Et qui se uocant seruos inutiles, deus appellat filios suos: atque hi ipsi qui se nunc praedicant seruos inutiles, audiunt a domino: Venite benedicti patris mei: & audiunt commemorari sua beneficia, quae ipsi se fecisse nesciebant. Arbitror autem praecipuam esse clauem ad diuinam scripturae intelligentiam, si spectemus quid eo in loco agatur: hoc animaduerso conueniet ex parabolis aut exemplis illud exerpere, quod ad institutum pertinet. In parabola de oeconomo, qui submouendus ab officio fraude mutat codicillos debitoribus domini, quam mul-

Luc. 19.

Ioan. 15.

Matth. 25

DE LIBERO ARBITRIO

Luc. 17.

ta sunt que nihil faciunt ad sensum parabole? hoc tantum excerptur, magno cuique studio conandum esse ut doctes a deo acceptas largissime effundat iuandis proximis, antequam mors occupet. Itidem in parabola, quam modo attigimus: Quis uestrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi statim, transi & recumbe, & non dicat, para quod arnem, & praecege te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hoc tu manducabis & bibes: nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit, quae ei imperauerat? Non puto. Huius parabole summa est, ut simpliciter obedientes iussis diuinis, strenue suosungerentur officio, ne hinc quicquam laudis sibi uindicarent. Alioqui dominus ipse dissidet ab hac parabola qui se gessit pro ministro, quum discipulis concesserit honorem discipulatus. Et gratias agit: quum ait: Euge serue bone. Et: Venite benedicti. Itaque non subijcit, ita & uos cum feceritis omnia, dominus nulla gratia dignos iudicabit, & pro seruis inutilibus habebit: sed ait, uos diate, serui inutiles sumus. Sic Paulus, qui plus omnibus laborarat, appellat se minimam apostolorum, & indignum apostoli nomine. Similiter apud Mattheum capite 10. Nomen duo passeris a se ueneunt, & unus ex illis non cadit super terram sine patre uestro. Spectandum est in primis quid illic agat dominus, non enim uoluit docere Diomedem, quod aiunt, omnium rerum necessitatem, sed eo tendit hoc exemplum, ut eximat discipulis metum hominum, quod intel-

COLLATIO D. ERAS. RÖT.

intelligent se deo curæ esse, nec ab hominibus ledi posse, nisi illius permisso, illi uero non permisurum, nisi sic expediret ipsis & Euangelio: alioqui Paulus. I. ad Corinthios. 9. Nunquid, inquit, de bubus curæ est deo? Videtur autem & in hoc, quod sequitur apud Euāgelistam, hyperbole subesse. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Tot capilli quotidie defluunt in terram, an & hi uocabuntur ad rationem? Quid igitur agebat hyperbole? Nimirum illud quod sequitur: Nolite ergo timere. Quemadmodum igitur his tropis eximitur metus hominum & confirmatur fiducia erga deum, sine cuius providentia nihil omnino fit: ita quos supra recensuimus, non hoc agunt ut tollant liberum arbitrium, sed ut deterreant nos ab arrogantia, quam odit dominus. Tutius est totum transcribere domino, benignus est, nec solum reddet nobis quod nostrum est: uerum etiam, quod ipsius est, iubebit esse nostrum. Filius ille prodigus quomodo diatur prodigisse portionem suæ substantiæ, si nulla portio fuit in illius manu? Quod habebat acceperat a patre. Et nos fatemur omnes naturæ dotes esse dona dei. Habebat portionem suam etiam tum, quum esset in manu patris, & habebat tutius. Quid igitur est efflagitata portione diuertere a patre? Nimirum est naturæ dotes arrogare tibi, easque non applicare ad implenda præcepta dei, sed ad explendas carnis concupiscentias. Quid est fames? Est afflictio qua deus extimulat mentem

Matth 10

DE LIBERO ARBITRIO

peccatoris, ut agnoscat & oderit se ipsum, tangaturque
 desiderio relictis patris. Quid est filius secum loquens,
 confessionem ac reditum meditans? Est uoluntas homi-
 nis applicans sese ad gratiam extimulantem, quam ut
 diximus, uocant praeuenientem. Quid est pater occur-
 rens filio? Est gratia dei, quae prouehit uoluntatem no-
 stram, ut perficiamus quod uolumus. Hec interpreta-
 tio si meum esset commentum, certe probabilior esset, quā
 istorum qui quo conuincant hominis uoluntatem nihil a-
 gere, porrigere manum ad quod uoles, interpretatur, gra-
 tia porrigit manum tuam ad quod ipsa uolet. Nunc quā
 sit ab orthodoxis patribus tradita, non uideo quare de-
 beat contemni. Eodem pertinet quod uidua pauperula,
 duo minuta, hoc est, totam substantiam suam mittit in
 gazophylaeum. Rogo quid meritorum potest arrogare
 sibi, qui quicquid, hoc est, quod homo potest intelle-
 ctu naturali & uoluntatis libertate, totum debet ei, a
 quo uires eas accepit? Et tamen deus hoc ipsum nobis im-
 putat pro meritis, quod non auertimus animum nostrum
 ab ipsius gratia, quod naturae uires ad simplicem obe-
 dientiam appellimus. Hoc certe tantum ualet, ut falsum
 non sit, hominem aliquid agere, & tamen omnium quae
 facit summam deo uelut auctori tribuat, unde profe-
 ctum est ut potuerit suum conatum cum dei gratia
 coniungere. Ita Paulus: Gratia, inquit, dei sum id quod
 sum. Agnoscat autorem. Sed quum audis: Gratia eius in
 me uacua non fuit: agnoscas humanam uoluntatem simul
 adiuuata

COLLATIO DES. ERAS. ROT

adnitentē auxilio diuino. Idem indicat quum ait : Non ego , sed gratia dei , quæ mihi adest . Nam Græcis est, ἢ οὐκ ἐμὸι. Et Hebræus ille sapiētiae prædicator optat sibi assistere diuinam sapientiam , ut seam sit, ac seam laboret. Assistit tāquam moderatrix, et adiutrix, quemadmodum architectus assistit ministro, præscribit quid sit agendum, ostendit agendi rationem, si quid ille perperam facere cœperit, reuocat, si quid ille deficiat succurrit, opus ascribitur architecto, sine cuius ope nihil poterat effici, & tamen nemo dixit ministrum ac discipulum nihil egisse. Quod architectus est discipulo, hoc gratia est uoluntati nostræ. Ita Paulus ad Romanos capite 8. Similiter & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nemo uocat infirmum, qui nihil potest, sed cui uires non sufficiunt peragendo quod conatur: nec adiutor dicitur, qui totum solus facit. Tota scriptura clamat adiutorium, opem, auxiliū, subsidium. Quis autē adiuuare dicitur, nisi aliquid agentē? Neq; enim figulus adiuuat lutum ut fiat uas, nec faber securim ut fiat scānū. Itaq; qui sic colligunt, nihil potest homo nisi auxiliante gratia dei, igitur nulla sunt hominis opera bona : his opponemus collectionem magis ut arbitror, probabile, homo nihil non potest auxiliante dei gratia, igitur oīa opera hominis possunt esse bona. Quot igitur sunt in scripturis diuinis loca, quæ meminerunt auxiliij, tot sunt quæ statuūt liberū arbitriū: atq; ea sunt innumerabilia. Itaq; uicero si res aestimetur ex testimoniorum numero,

Hactē

DE LIBERO ARBITRIO

Hactenus ex diuinis libris loca contulimus quæ statuerunt
 liberū arbitriū, & ex aduerso, quæ uidentur in totū
 tollere. Quoniā autē spiritus sanctus, quo autore prodita
 sunt hæc, non potest pugnare secū, cogimur uelimus
 nolimus aliquā sententiæ moderationē querere. Ceterū
 ut ex eadē scriptura alij aliam sumerent opinionem, in
 causa fuit, quod alius alio spectaret, & ad suum quenq;
 scopum interpretabatur quod legebat. Qui secum repu-
 tabant quanta esset in hominibus ad studiū pietatis focor-
 dia, deinde quantū esset malū desperatio salutis: dū his
 malis mederi student, incauti in aliud inādere malū, ac
 plus satis tribuerunt libero hominis arbitrio. Rursus
 alij perpēdentes quanta sit pestis ueræ pietatis hominē
 suis uiribus ac meritis fidere, quam intollerabilis quo-
 rundā arrogantia, qui sua benefacta iactant, atq; etiam
 ad mensurā ac pondus uendunt alijs, quemadmodū uen-
 ditur oleū & sapo: dū hoc malū magno studio uitant,
 aut dimidiarunt liberū arbitriū, sic ut ad bonum opus
 nihil prorsus ageret, aut in totum iugularunt inducta
 rerū omnū absoluta necessitate. Nimirū istis uisum est
 uehementer aptū ad Christianæ mentis simplicem obe-
 dientiam, ut totus homo pendeat a natu dei, in illius
 promissis spem omnem ac fiduciā ponat, & agnoscens
 quam ipse ex sese sit miserabilis, miretur & amet
 illius immensam misericordiam, quæ nobis gratis tanta
 largitur, illius uoluntati se totū submittat, siue seruari
 uelit, siue perdere, nihil laudis ex benefactis sibi arro-
 get,

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

get, sed totam gloriam ascribat illius gratie, cogitans hominem nihil aliud esse, quam uiuum organum diuini spiritus, quod ipse sibi purgauit consecrauitq; sua gratuita bonitate, quod pro sua inscrutabili sapientia moderatur ac temperat, nihil hic esse quod quisquam suis arroget uiribus, & tamen certa fiducia ab illo speret premium eterne uite, non quia suis benefactis promeruerit, sed qd̄ eius bonitati uisum sit promittere ipsi fidentibus: hominis partes esse, asidue precari deum ut impartiat & augeat in nobis spiritum suum, agere gratias, si quid per nos bene gestum est, illius potentiam in omnibus adorare, sapientiam ubique mirari, bonitatem ubiq; amare. Hæc oratio apud me quoque uehementer plausibilis est, congruit enim scripturis diuinis, respondet eorum professioni, qui semel mortui mundo, per baptismum simul sepulti sunt cum Christo, ut mortificata carne posthac uiuant & agantur spiritu Iesu, in cuius corpus insiti sunt per fidem. Pia nimis & fauorabilis sententia, quæ nobis omnem adimit arrogantiam, quæ in Christum transfert omnem gloriam simul & fiduciam, quæ nobis metum hominum ac demonum exauit, ac nostris ipsorum præstidij diffisos, in deo fortes reddit & animosos. His libenter applaudimus usq; ad hyperbolas. Quum enim audio, adeo nullum esse hominis meritum, ut omnia quamuis piorum hominum opera, peccata sint: quum audio nostram uoluntatem nihilo plus agere, quam agat argil.

DE LIBERO ARBITRIO

argilla in manu figuli : quum audio cuncta quæ faciunt
aut uolumus, ad absolutam referri necessitatem, multis
scrupis offenditur animus. Primū : quomodo toties le-
gis sanctos plenos operibus bonis fuisse iusticiā, ambu-
lasse rectos corā deo, non declinasse ad dextrā, nec ad
sinistrā, si quicquid agunt etiam eximie pij, peccatum
est, & tale peccatū, ut ni subueniret dei misericordia,
demersurum esset in tartarum eū pro quo mortuus est
Christus? Quomodo toties auditur præmium, ubi pror-
sus nullum est meritum? Quæ fronte collaudatur obe-
dientia eorum qui parent iussis diuinis, damnatur ino-
bedientia qui non parent? Quur toties fit in sacris lite-
ris iudicij mencio, si nulla est omnino meritorū expen-
sio? Aut quur cogimur sisti ad tribunal iudicis, si ni-
hil ex nostro arbitrio, sed ex mera necessitate gesta sunt
in nobis omnia? Obstrepit & illa cogitatio, quor sum o-
pus tot monitis, tot præceptis, tot minis, tot exhortationi-
bus, tot expostulationibus, si nos nihil agimus, sed deus
pro sua immutabili uoluntate operatur in nobis omnia,
& uelle & perficere? Vult nos assidue precari, uult ad-
uigilare, certare, contendere ad brauium eterne ui-
te. Quur assidue rogari uult, quod ipse iam decreuit
dare aut non dare, nec mutare potest sua decreta, quū
sit immutabilis ipse? Quur iubet nos tot laboribus
expetere, quod ipse gratis largiri decreuit? Affligi-
mur, eijamur, exhibilamur, excruamur, occidimur,
sicærtat in nobis dei gratia, sic uināt, sic triumphat.

Tam

COLLATIO DES. ERAS. RÖT.

Tam atrocia patitur martyr, & tamen nihil illi tribuitur meriti, imo peccare dicitur exponens corpus suū tormentis spe uitæ cœlestis. Sed quur misericor. dissimulus deus sic uoluit i. martyr. ibus opari? Crudelis enim uideatur homo, si qđ gratis largiri decreuisset amico, nō daret, nisi usq; ad desperationē excruciato. Verū ad hanc diuini cōsilij calignē ubi uētū erit, fortasse iubebimur adorare quod asequi fas nō est, ut dicat mens humena, dominus est, potest quicquid uult, & quoniam natura optimus est, nō potest nō esse optimū, quicquid uoluerit. Iam & illud satis plausibiliter dicitur, quod deus sua dona coronat in nobis, ac suū beneficiaū iubet nostrū eē premiū, & quod in nobis operatus est, ex sua gratuita bonitate id sibi fidentius ueluti debitū dignatur imputare ad asequendam immortalitē. Sed nescio quomodo sibi cōstent, qui sic in pijs exaggerant dei misericordiam, ut in alijs pene faciāt illū crudelē. Benignitatē sua bona nobis imputantis utanq; ferūt aures piæ: ceterū difficile explicatur quomodo iustitiæ sit (non enim iam dico misericordie) alios, in quibus non dignatus est operari bona, eternis addicere supplicijs, quū ipsi perse nihil possint efficere boni, ut quibus aut nullum est liberum arbitriū, aut si est, ad nihil aliud ualet quā ad peccandū. Si rex quispiā donaret ingens premiū ei qui nihil egisset in bello, quū ceteri q. grauiter se gessissent nihil ferrēt præter solitū salariū, fortasse posset obmurmurantibus militibus respondere: *Quæ uobis iniuria*

fit,

DE LIBERO ARBITRIO

fit, si mihi libet in hunc esse gratuito liberalē? At iustus
 & clemens qui posset uideri, si duem, quem machinis,
 copijs, pecunijs, & omnibus præsidijs affatim instruxis-
 set ad bellum, pro re bene gesta magnificè coronaret, &
 alterum quem nullis instructum præsidijs inermē bello
 obieisset, ob rem infeliater gestam afficeret supplicio?
 Nonne moriens ille, iure diceret regi: *Quur in me punis*
quod tua culpa commissum est? si similiter instruxisses,
 similiter uiaßem. Rursus, si berus seruum nihil com-
 meritum manumitteret, haberet fortasse quod alijs ser-
 uis obmurmurantibus responderet: *Nihil uobis deca-*
dit, si in hunc sum benignior, habetis dimensum uestrū.
 Atqui nemo non iudicaret crudellem & iniquum domi-
 num, qui seruum loris cederet, uel q̄ minus esset proce-
 ro corpore, uel naso porrectiore, uel alioqui parum ele-
 gante forma. Nonne is iure obmurmuraret domino ce-
 denti: *Quur do pœnas ob id quod in manu mea non ẽs?*
 Atq; hoc iustius etiam diceret, si domino esset in manu
 mutare uitium corporis in seruo, quemadmodum deo
 in manu est mutare uoluntatem nostram: aut si domi-
 nus hoc ipsum, quo offenditur, uitium addidisset seruo,
 ueluti si truncasset nasum, aut faaẽ acatriabus foedas-
 set, quemadmodũ deus iuxta quorundam opinionẽ etiã
 mala omnia operatur in nobis. Rursus, quod ad præce-
 pta attinet, si dominus seruo compedibus astricto in pi-
 strino, multa præscriberet, abi illuc, fac hoc, curte, rea-
 curte, dira minitans ni pareat, nec iterim solueret illũ,
 iãq;

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

iamq; non parenti uirgas expediret, nonne uideatur
 feruus iure dominum uocare uel insanū, uel crudelem,
 si loris occideret, q; nō fecisset ea quæ nō erant in ipsius
 potestate? Porro q; isti fidē & charitatē in deū in im-
 mensum exaggerant, æquis auribus ferimus, arbitran-
 tes uitam Christianorū tot undiq; sceleribus contamina-
 tam, non aliunde proficisā, q̄ ex fide nostra frigida &
 somniosa, qua uerbotenus credimus deo, quæq; natae
 in summis labijs, cum iuxta Paulū, corde credatur ad
 iustitiam. Nec admodum digladiabor cum his, qui ad fie-
 dem uelut ad fontē caputq; referunt omnia, etiā si mi-
 hi fides ex charitate, charitas ex fide uiaissim nasci aliq;
 uidetur: arte charitas alit fidem, quæadmodū in lucer-
 na lumē alitur oleo: libentius enim illi fidimus, quæ ue-
 hementer amamus. Nec desunt, qui fidem initiū uolūt
 esse salutis potius, q̄ summā. Sed de his nō comēdimus.
 Ceterū hic cauendū erat, ne dum toti sumus in amplifi-
 candis fidei laudibus, subuertamus libertatem arbitrij:
 qua sublata, non uideo quo pacto possit explicari quæ-
 stio de iustitia, deq; misericordia dei. Ex huiusmodi
 angustijs, cū sese non explicarent ueteres, quidā duos
 deos facere coacti sunt: alterū ueteris testamenti, quem
 tantū uolebant esse iustū, non etiā bonū: alterū noui te-
 stamenti, quæ tantū uolebāt esse bonū, nō iustū: quorum
 impiū cōmentū satis explodit Tertullianus. Manichæ-
 us, ut diximus, duas in hoīe naturas somniauit: alteram
 quæ non posset non peccare, alterā quæ nō posset nō be-
 nefacere.

Rom. 1

DE LIBERO ARBITRIO

nefacere. Pelagus dū metuit iustitiæ dei, plus satis tri-
 buit libero arbitrio: a quo nō ita multū absunt, q̄ tantū
 tribuunt uoluntati hoīs, ut ex natura uiribus per ope-
 ra moraliter bona promereri possint gratiam illam sua
 premam qua iustificamur. Hi mihi uidentur hominem
 ostensa bona spe salutis adipiscendæ ad conandum inui-
 tare uoluisse. Quemadmodum Cornelius preæbus &
 eleemosynis meruit doceri a Petro, Eunuchus a Philip-
 po. Diuus Augustinus dum sædulo quærit Christum in
 Paulinis epistolis, meruit inuenire. Hic illos qui non fe-
 runt quicq̄ boni hominem posse, quod non debeat deo,
 sic placare possumus, ut dicamus, nihilo scæius totū opus
 deberi deo, sine quo nihil efficiemus, & quod adfert
 momenti liberum arbitrium, perpusillum esse, & hoc
 ipsum esse diuini muneris, ut possimus animum ad ea
 quæ sunt salutis afflectere, aut gratiæ συνεργεῖν. Au-
 gustinus ex colluctatione cum Pelagio factus est iniqui-
 or libero arbitrio, q̄ fuerat antea. Contra Lutherus an-
 te nomhil tribuēs libero arbitrio, huc prouectus est
 calore defensionis, ut in totū tolleret. Atqui reprehēdi-
 tur apud Græcos Lyargus, opinor, q̄ odiotemulentie
 uites inadi iusserit, quum ad motis propius fontibus sic
 posset excludere temulentiā, ut tamē nō periret usus ui-
 ni. Poterat enī, mea sententiā, sic statui liberū arbitriū,
 ut tamē uitaretur illa fiducia meritorū nostrorū, cetera
 raq̄ incōmoda quæ uitat Lutherus, simulq̄; ea incōmo-
 da q̄ nos supra recēsuimus, nec pirent ea cōmoda, quæ

miratur

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

miratur Lutherus. Hoc mihi uidetur præstare illorum sententia, qui tractū, quo primū extimulatur animus, totū attribuunt gratiæ: tantū in cursu tribuunt nonnihil hominis uolūtati, quæ se nō subduxerit gratiæ dei. Quum autem rerum omnium tres sint partes: initium, progressus, & summa, duas extremas tribuūt gratiæ, tantum in progressu fatentur aliquid agere liberum arbitrium: sic tamen, ut ad idem opus indiuiduum simul concurrant due causæ, gratia dei, & hominis uoluntas: sic tamen ut gratia sit causa primæpales, uoluntas secundaria, quæ sine primæpali nihil possit, quum primæpales sibi sufficiat. Quemadmodum natiua uis ignis urit, & tamen primæpales causa deus est, qui simul per ignem agit, quæ uel sola sufficeret, & sine qua nihil ageret ignis, si se subduceret illa. Hac temperatura fit, ut homo totam salutem suam diuinæ gratiæ ferre debeat acceptam, quum perpusillum sit quod hic agit liberum arbitrium, & hoc ipsum quod agere potest, sit diuinæ gratiæ, qui primum condidit liberum arbitriū, deinde liberauit etiam ac sanauit. Atq; ita placatur, si modo placabiles sunt hi, qui non ferunt homini quicquid esse boni, quod deo nō debeat. Debet & hoc, sed aliter alioq; titulo. Quemadmodū hereditas ex equo obueniens liberis, non uocatur quidem benignitas, quia per eōmunem legem contingit omnibus. Si quid præter cōmune ius donatum est huic aut illi, liberalitas dicitur, tamen hereditatis etiam nomine liberi debeant parētibus

DE LIBERO ARBITRIO

*bus. Conabimur & parabolis exprimere, qđ didimus: Oculus hominis quis sanus nihil uidet in tenebris, ex-
 cæatus, ne in luce quidē: ita uoluntas quamuis libera,
 nihil tamen potest, si se subducat gratia: & tamen infu-
 sa luce, potest occludere qui sanos habet oculos, ut non
 uideat, potest & oculos auertere, ut desinat uidere,
 quod uidere poterat. Plus aut debet, qui oculos habe-
 bat excæatos uitio quopiam. Primū debet conditori,
 deinde medico. Ante peccatum utamq; sanus erat oau-
 lus, peccato uitiatur oculus. Quid hic sibi potest arro-
 gare, qui uidet? Est tamen quod sibi imputet, si prudens
 claudat aut auertat oculos. Acāpe parabolam alte-
 ram: Pater infantē nondū ingredi potentem, collapsum
 erigit, utcūq; adnitentem, & pomū ex aduerso positū
 ostendit: gessit puer acarrere, sed ob imbecillitatē mem-
 brorū mox denuo collapsurus esset, ni pater manu por-
 recta fulāret, regeretq; gressum illius. Itaq; patre du-
 æ peruenit ad pomum, quod pater uolens dat illi in ma-
 nū, ueluti cursus præmiū. Erigere se nō poterat infans,
 nisi pater sustulisset: nō uidisset pomū, nisi pater osten-
 disse: nō poterat progredi, nisi pater inuolidos gradus
 ppetuo adiuuisset: nō poterat attingere pomū, nisi pa-
 ter dedisset in manū. Quid hic sibi uindicabit infans?
 Et tamen egit nō nihil. Nec habet tamē, qđ de suis uiri-
 bus gloriatur, quū se totū debeat patri. Ponamus enim
 hoc interim esse quod est in deo. Quid igitur hic agit
 infans? Erigenti utcūq; admittitur, & ad illius modera-
 tionē*

tionē gressus infirmos, ut potest, accommodat. Poterat pater trahere nolentē, & poterat reluctari puerilis animus, spreto pomo: poterat pater dare pomū absq; assu, sed sic dare maluit, q̄ sic magis expedit puero. Facile patiar, ut aliquāto minus debeat ur industrie nostrae ad cōsequendū uitā eternā, q̄ pueri ad patris manū arētis. Hic quū uidcamus minimū esse tributū libero arbitrio, tamen quibusdā hoc ipsum uidetur eē plus satis, solā enim gratiā uolūt in nobis agere, nostrā mentē in omnibus nihil aliud q̄ pati, uelut organū diuini spiritus, ut nullo pacto bonū possit diā nostrū, nisi quatenus diuina benignitas gratis hoc nobis imputat: gratiam enim nō tā operari in nobis per liberū arbitrium q̄ in libero arbitrio, quēadmodū figulus opatur in argilla nō p̄ argillā. Vnde igitur coronae prēmijq; mētio? Deus, inquit, sua dona coronat in nobis, ac suū beneficiū iubet eē nostrū prēmū, & qđ in nobis opatus est, imputare dignatur ad cōfortiū regni cœlestis. Hic nō uideo, quō statuāt uoluntatē liberā, quae nihil agat. Nā si dicerēt, sic agi a gratia, ut acta simul ageret, faalior esset explicatio. Quēadmodū iuxta physicos, corpus nostrū principiū motus habet ab anima, nec omnino moueri posset absq; anima, & tamen nō solū mouetur ipsum, uerum etiā mouet alia, & tanq̄ soaus opis uocatur ad soaetate glorie. Quōd si deus sic operatur in nobis, quēadmodum figulus in argilla, quid potest nobis imputari uel in bonum, uel in malum? Non enim libet in hanc uoca-

DE LIBERO ARBITRIO

re questionem animam Iesu Christi, que nimirum & ipsa fuit organū diuini spiritus. Et si carnis infirmitas obstat quo minus mereatur homo, exhorruit & ille mortē, & non uult fieri uoluntatē suam, sed patris. Et tamen hanc fatentur esse fontem meritorum, qui ceteris sanctis omnibus detrahunt omne meritum boni operis. Ceterū, qui negant ullum omnino liberū arbitriū esse, sed absoluta necessitate fieri omnia, fatentur deum in omnibus operari, non solum opera bona uerū etiā mala. Vnde consequi uidetur, ut quemadmodū homo nulla ratione diū potest autor bonorum operum, ita nullo modo dici potest autor malorū. Hęc sententia quum palam uideatur deo tribuere crudelitatem & iniustitiam, a quo sermone uehementer abhorrent aures religiosę (deus enim non esset, si quicū in illū competeret, uel uitij uel imperfecti) tamen habent hi quoque quod in causa tam non plausibili respondeant: Deus est, non potest non optimum & pulcherrimum esse quod fiat, si spectes decorum uniuersi, etiam illa que per se mala sunt, hic bona sunt, & illustrant gloriam dei, nec est ullius creature iudicare cōsiliū creatoris, sed sese totā illi per omnia subijcere, adeo ut si uideatur deo hunc aut illum damnare, non debeat obmurmurare, sed amplecti quicquid illi placuerit, illud semel per suasum habens, omnia per illum optime geri, nec posse aliter geri quam optime. Alioqui quis ferat hominem si dicat deo, quor me non fecisti angelum? Nonne deus huic merito respon-

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

respondeat: Impudens, si te fecissem ranam, quid habebas quod quereres? Item si rana exposlularet cū deo, quur me non fecisti pauonem, uer sicoloribus pennis conspicuum? nonne huic iure diceret: Ingrata, poterā te fungū aut bulbū facere: nunc salis, bibis, et cantas. Rurſus, si dicat basiliſaus aut uipera, quur me condidisti animal omnibus inuiſum, omnibus letiferum, potius q̄ ovem? Quid reſpōderet deus? Fortaſſe diceret: Mihi ſic uiſum eſt, et ſic cōgruebat decoro et ordini uniuersitatis. Nec tibi tamen facta eſt iniuria, non magis q̄ muſcis, culicibus, reliquisq; inſectis, quorū unūquodq; ſic finxi, ut ingens etiā miraculū præbeant cōtēplamibus. Nec ideo nō eſt mirandū ac pulchrū animal araneus, ſi diſſimilis eſt elephāto, imo plus miraculorū eſt in araneo q̄ in elephanto. Non tibi ſat eſt, q̄ in tuo genere perfectū eſt animal? Neq; tibi datū eſt uenenū ut occidas, ſed ut his armis te tuosq; ſœtus tuare, quē admodū bubus addita ſunt cornua, leonibus ungues, lupo dētes, calæſ equis. Habet animantiū unūquodq; ſuā utilitatē. Equus baiulus eſt, bos arator, aſinus & canis opera iuuant, ouis ad paſtū ac ueſtitū hoīs adfert utilitatē, tu præſtas uſum ad pharmaca. Sed de ſinamus ratioinari cū his que ratione carēt. De hoīe nobis eſt inſtituta diſputatio, quem deus condidit ad imaginē & ſimilitudinē ſuā, & cuius gratia cōdidit oīa. Quū uerō uideamus quosdā naſcī corpibus feliciffimis, ingenijs optimis, ac uelut ad uirtutē natis, rurſus alios corpibus monſtroſis, alios morbis

Gen. 1.

DE LIBERO ARBITRIO

horrendis obnoxios, alios animis tam stupidis, ut minimū absint a brutis animātibus, quosdā ipsi etiā brutis brutiores, alios ingenijs tā propensis ad flagitia, ut ad hæc uideātur uifatorū rapi, quosdā plane demētes ac demoniacos. Quibus modis hic explicabimus quæstionē de iusticia ac misericordia dei? An dicemus cum Paulo, o altitudo &c. sic arbitror melius quam impia temeritate iudicare de dei consilijs, quæ sunt homini inperuestigabilia. Verum longe difficius sit explicare quare deus in alijs immortalis gloria coronet sua beneficia, in alijs sua malefacta puniat æternis supplicijs. Hoc tamen paradoxon ut tueantur, multis auxiliaribus paradoxis est opus, quo tuta sit aëes aduersus alteram partem. Exaggerant in immensum peccatū originale, quo sic uolunt corruptas esse præstantissimas etiam humane naturæ uires, ut ex sese nihil possit, nisi ignorare & odisse deum: ac ne per fidei quidem gratiam iustificatus ullum opus possit efficiere, quod non sit peccatum: atq; illam ipsam procliuitatem ad peccandum in nobis ex peccato primorū parentū relictā uolūt esse peccatū, & eādē inuimabilē esse, adeo ut nullū sit dei præceptū, quod homo etiam per fidem iustificatus possit implere, sed tot dei præcepta non alio spectare, quam ut amplifiætur dei gratia salutem largiens absq; respectu meritorū: Verū interim isti mihi uidentur alibi contrahere dei misericordiam, ut alibi dilatent, perinde ac si quis apponat cōuiuui per parcū prandiū, quo splendidior uideatur

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

deatur in cœna, & quodammodo pictores imitetur, qui
 quæ lucem mentiri uolunt in pictura, obscurant umbris,
 que proxima sunt. Primum enim pene crudelcm faci-
 unt deum, qui ob peccatum alienum sic seuiat in uiciner-
 sum hominum genus, præsertim quam qui commiserat
 resipuerint, ac tam graues dederint pœnas quam diu
 uixerunt. Deinde quum aiunt etiam illos qui per fidem
 iustificati sunt, nihil aliud quam peccare, adeo, ut aman-
 do deum, & fidendo deo reddamur digni odio dei, nõ-
 ne uehementer hic faciunt parcam dei gratiam, quæ sic
 iustificat hominem per fidem, ut tamẽ adhuc nihil aliud
 sit quam ipsum peccatum? Præterea dum deus tot præ-
 ceptis onerat hominem, quæ ad nihil aliud ualent, quam
 ut magis oderit deum, grauiusq; damnetur, nome fa-
 ciunt eũ ipso Dionysio Siãliæ tyranno inclementiorẽ,
 qui multas leges studio prodidit, quas suspicabatur ple-
 rosq; si nullus instaret, non seruatuross, ac primum con-
 niuebat, mox ubi uidit omnes propemodum alicubi pec-
 casse, cœpit eos uocare ad pœnam. Ita reddidit sibi o-
 mnes obnoxios. Et tamẽ huius leges erãt huiusmodi, ut
 faãle possent seruari, si quis uoluisset. Non nũc excautio
 causas, quibus docent omnia dei præcepta nobis esse im-
 possibilia, nec enim hoc instituimus, tantum obiter osten-
 dere uolui, istos nimio studio dilatandæ gratiæ in ratio-
 ne salutis, eandem in alijs obscurare: quædam non ui-
 deo quomodo consistant. Iugulato libero arbitrio docent
 hominẽ iam agi spiritu Christi, cuius natura nõ patitur

f s consortiũ

DE LIBERO ARBITRIO

confortium peccati. Et tamen iidem dicunt hominē etiā
 accepta gratia nihil aliud quam peccare. Id genus hy=
 perbolis delectatus uidetur Lutherus, ut aliorum hyp=
 bolas ueluti malum nodum, quod diu solet, malo aeneo
 propelleret. Quorundā tēmeritas ad hyperbolem pro=
 æserat, qui uendebant merita, non solū sua, uerum eti=
 am omnium sanctorum. At qualia tandem opera? Can=
 tiōes, murmura psalmorum, pisces, in medias, uestes, titu=
 los. Hunc clauum clauo sic pepulit Lutherus, ut dice=
 ret nulla esse omnino merita sanctorum, sed omnia quā=
 libet piorum hominū facta fuisse peccata, damnationē
 æternam allatura, ni fides & dei misericordia succur=
 risset. Itidem altera pars luculentum questum faciebat
 ex confessionibus & satisfactionibus, quibus mire ir=
 ritiuerant hominum conscientias: item ex purgatorio,
 de quo paradoxa quedam tradiderant. Hoc uitium sic
 corrigit pars diuersa, ut confessionem dicant commen=
 tum esse Satana: qui modestissime, negant exigendam:
 pro peccatis non esse opus ulla satisfactione, quum Chri=
 stus pro peccatis omnium pœnas resoluerit: deniq; nul=
 lum esse purgatorium. Item pars una diat, etiam pri=
 orulorum constitutiones obligare ad pœnam gehennæ,
 nec dubitat promittere uitam æternam si quis
 obedierit: diuersa pars sic huic midetur hyperbolæ, ut
 diat omnes pontificū, conāliorū, episcoporum constitu=
 tiones esse hæreticas & antichristianas. Sic una pars
 extulerat pontificis potestatem τὸ αὐτὸ ὑπερβολικῶς,
 altera

COLLATIO D. ERAS. ROT.

altera sic prædiat de pontifice ut non ausim referre. Rursus una pars diat, monachorū et sacerdotū uota obstringere hominē ad poenā gehennæ et in perpetuū, altera diat talia uota esse prorsus impia, nec esse suscipiēda, nec si susceperis, seruanda. Ex taliū igitur hyperbolarum collisione nascuntur hæc fulmina ac tonitrua, quæ nūc cōcutiunt orbē. Quod si pars utraq; p̄gat mordicus tueri suas hiperbolas, uideo talē pugnā inter illos futurā, qualis fuit inter Achillē et Hectorē, quos, quoniā erant pariter feroxes, sola mors potuit diuidere. Ac uulgo quidē aiunt, baculū curuū ut rectū faciās, in diuersam partem inflectendum esse: id fortasse consultum fuerit in corrigendis moribus, in dogmatibus an ferendum sit nescio. In exhortando aut dehortando uideo nonnunquam esse locum hyperbolis, uelut ut addas homini timido fiduā, apte dixeris, ne metue, deus omnia loquetur et faciet in te. Et ad retundendam hominis impiam insolentiam, utiliter fortasse dixeris, hominem nihil aliud esse quam peccatum: et aduersus eos qui sua dogmata postulant equari scripturis Canonicis, utiliter dixeris, hominem nihil aliud esse quam mendacium. Verum ubi in disquisitione ueri proponuntur ἀξιωματικα, non arbitror utendum huiusmodi paradoxis, quæ non multum absunt ab enigmatibus, mihi quidem in his placet moderatio. Pelagus libero arbitrio uisus est tribuere plus satis, Scotus tribuit assatum. Lutherus primum mutilabat tantum

DE LIBERO ARBITRIO

*tum amputato dextero brachio : mox nec hoc contentus
 prorsus iugulauit liberum arbitrium, & e medio su-
 stulit. Mihi placet illorum sententia, qui non nihil tri-
 buunt libero arbitrio, sed gratiæ plurimum. Nec enim
 sic erat uitanda Scylla arrogantie, u. feraris in Cha-
 rybdim desperationis aut socordiae : neque sic me-
 dendū membro luxato, ut in diuersam partem dctor-
 queas, sed in suum locum erat reponendum : nec sic
 erat a fronte pugnandum cum hoste, ut a tergo uul-
 nus accipias incautus. Hac moderatione fiet, ut sit
 aliquod opus bonum, licet imperfectum, sed unde ni-
 hil sibi possit arrogare homo : erit aliquod meritum,
 sed cuius summa debeatur deo. Abunde multum est
 infirmitatis uitiorum, scelerum, in uita mortalium, ut
 si se quisque uelit contemplari, facile deponat cristas,
 etiamsi non asseueremus hominem quamuis iusti-
 ficatum nihil aliud esse quam peccatum, præsertim quū
 Christus appellet renascentiū, Paulus nouam creaturā.
 Quæ, inquires, datur aliquid libero arbitrio? Vt sit quod
 merito imputetur impijs, qui gratiæ dei uolentes defue-
 rint, ut excludatur a deo crudelitatis & iniustitiæ ca-
 lumnia, ut excludatur a nobis desperatio, ut excluda-
 tur securitas, ut extimulemur ad conandum. Ob has cau-
 sas ab omnibus sere statuitur liberum arbitrium, sed
 inefficax absq; perpetua dei gratia, ne quid arrogemus
 nobis. Dicat aliquis, ad quid ualet liberum arbitrium,
 si nihil efficiat? Respondeo, ad quid ualet totus homo,
 si sic*

COLLATIO DES. ERAS. ROT.

si sic in illo agit deus, quemadmodum figulus agit in luto, & quemadmodum agere poterat in silice? Proinde si satis iam demonstratum est, hanc materiam esse talem, ut non expediat ad pietatem altius eam scrutari & oportet, præsertim apud idiotas, Si docuimus hanc opinionem pluribus & evidentioribus testimonijs scripturarum fulari, quam alteram, Si constat scripturam sacram in plerisque locis uel obscuram esse tropis, uel secum etiam pugnare prima quidem specie, eaque gratia, uelimus nec limus, alicubi recedendum a uerbis & literis, ac interpretatione moderandam esse sententiam, Denique si declaratum est quot incommoda, non dicam absurda consequantur, si semel funditus tollatur liberum arbitrium, si palam est factum hac, quam dixi, sententia recepta nihil perire eorum quæ Lutherus pie quidem et Christiane disseruit, de summa charitate in deum, de abijcenda fiducia meritorum, operum, & uirium nostrarum, de tota fiducia transferenda in deum, & illius promissa iam uelim illud expedit lector, num equum censeat, ut damnata sententia tot ecclesie doctorum, quam tot iam seculorum ac gentium consensus approbavit, recipere paradoxa quædam, ob quæ nunc tumultuatur orbis Christianus. Ea si uera sunt, ingenue fateor ingenij mei tarditate, qui non assequar: certe sciens non reluctor ueritati, & ex animo faueo libertati uere Euangelicæ, ac detestor quicquid aduersatur Euangelio. Nec hic ago personam iudicis, ut dixi, sed disputatoris

DE LIBERO ARBITRIO

toris & tamen uere possum illud affirmare, me in disputando eam seruasse religionem, quæ olim in causis capitalibus a iuratis iudiciabus exigebatur. Nec me licet senem, uel pudebit, uel pigebit a iuuenē discere, si quis cum Euangelicā mansuetudine doceat euidentiora. Hic audiam sat sc̄o: Discat Erasmus Christum, & ualere iubeat humanam prudentiam: hæc nullus intelligit, nisi qui spiritum habet dei. Si nondum intelligo quid sit Christus, nimirum hæcenus procul aberratum est a scopo. Quanquam illud lubens didicero, quem spiritum habuerint tot doctores ac populi Christiani, nam probabile est populum idem sensisse quod docebant episcopi, annis iam mille trecentis, qui hoc non intellexerūt.

CONTVLI, penes alios esto iudicium.

De libero Arbitrio d'ic̄t̄i, h̄n̄e siue collationis per Des. Erasmus Roterdamum finis.

COLONIAE APVD HERON. ALOP.
MENSE SEPTEMB. ANNO
M. D. XXIIII.



MODVS

ORANDI DEVM
PER DES. ERA-
SMVM ROTERO
DAMVM.

*Apud sanctam Romanorum
Agrippinam.*
ANNO M. D. XXV.



CLARISSIMO POLONIAE
 BARONI, HIEROSLAO DE
 LasKo, & in Ruthuania, Palatino Si-
 radienſi, Eras. Rot. S. D.



IC RECIPROCIS
 uicibus obābulant gra-
 tiarum munera Hie-
 roslae uir clarissime.
 Reliqueras apud me
 pignus amoris in me
 tui, redit ad te uicissī
 pignus animi mutui,
 quem hinc proficiscēs

stipulabare. Quum omnia Mosaicæ legis sacrificia sint
 antiquata per euangelium, nullum sacrificij genus uel
 diligentius tradidit princeps noster Iesus, uel religiōsi-
 us amplexi sunt huius discipuli, quā uitulos labiorū,
 ut Osee uerbis utar. Id constat tribus potissimum gene-
 ribus, aut uotis, aut gratiarum actione, cui finitima est
 laus, aut hymnis. Hymnus est, quem animus considera-
 ta dei sublimitate, rapitur in laudem illius, cui soli de-
 betur omnis gloria. Paulus apostolus ad Colo. ca. 3. tria
 coniungit eiusdem generis, psalmum, hymnum, & can-
 ticum: Docentes, inquit, & commonentes uos inuicem
 in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia
 cantantes, in cordibus uestris deo. Psalmus Græcis can-
 tionem sonat, quod uidetur esse uocabulum omnibus cō-
 mune, quæ ad laudem dei uel hominis pertinet, unde et
 psalmi quidam inscribuntur ipsi David, uelut in laudē

Osee. 14.

MODVS ORANDI PER

*illius conditi. Hymnus proprie dici uidetur laudatio mi-
 minis: Te decet hymnus deus in Sion. Vnde & ethnici
 poetæ carmina, quibus efferunt diuos suos, hymnos ap-
 pellant, quales extant adhuc Orphei et Homeri titulo.
 Porro canticum quod Græcis est ὕμνος, quiddam esse ui-
 detur utroq; sublimius, nimirum laus illa, quam deo ca-
 nunt angeli ac piorum animæ, quæ iam mortalitatem
 exuerunt. Nam in Apocalypsi uirgines habent canti-
 cum nouum, quod nemo potest discere, præter illos qui
 sequuntur agnum quocunq; ierit. Alioqui quid querun-
 tur in psalmo: Quomodo cantabimus canticum domi-
 ni in terra aliena? Et Paulus cupit dissolui, & esse cum
 Christo, ut hoc canticum domini possit canere. Rursus
 idem Paulus in epistola ad Ephe. eodem ordine iungit
 hæc tria: Sed impleamini, inq̄t, spiritus sancto, loquētes
 uobismetipsis in psalmis hymnis et canticis spiritualibus,
 cantātes et psallentes in cordibus uestris domino. Totū
 autē hoc genus spirituale uocatur, quod omnis hæc lau-
 datio, etiam si quando pars aliqua tribuitur homini, re-
 feratur ad gloriā dei. Habet enim & mundus psalmos,
 hymnos et cantica sua, quibus aut noxios demones, aut
 homines pro dijs celebrāt, aut homines hominibus adu-
 lantur, laudantes nonnunquam & quæ turpia sunt, non
 solum in hominibus, uerum etiam in his quos pro dijs co-
 lunt. Ceterum qui spiritum hausere Christi, nesciūt lau-
 dare nisi patrem, filium, & spiritum sanctum, quibus so-
 lis debetur quicquid est ueræ laudis, siue in cælis, siue in
 terris. Adijcit Paulus, psallentes in cordibus uestris do-
 mino. Quid est domino? Qui iustitiā suis uirtutibus tri-*

Cap. 14.

Psal. 136.

Philip. 1.

Ephe. 5.

D. ERASMV M ROT.

buunt, non psallunt domino, sed sibi (quod aiunt) intus canunt. Rursus qui fidutiam suam & gloriam collocāt in Mose, Francisco, Benedicto, Dominico, aut Augustino, non canunt domino, sed hominibus. Tunc maxime glorificatur deus, cum homo agnoscit, quā ipse sit nihil ex sese. Quid sibi vult in cordibus uestris? Ne quis putet deum inani uocum boatu, aut modulato musicorum hinnitu, aut organis, quibus nunc ubiq; tēpla perstreperunt, delectari: non quod musicam corporalem dominem, si modice, si sobrie cultuq; diuino digna adhibeatur, sed ut ostendam ista nihil esse, si absit tacitus ille pietatis affectus in deum, quæ deo catio est gratissima, etiam si nullus uocum strepitus accedat. Quoniam autem deus semper & ubiq; mirabilis est, non oportet hoīem Christianum unquam cessare à psalmis, hymnis & canticis spiritualibus. Huic generi finitima est gratiarum actio, quæ magis pertinet ad bonitatē dei, quā ad magnitudinem. Psalmus est, cum illi canimus: *Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in uita mea, psallam deo meo quandiu fuero.* Hymnus est, cum illi canimus: *Benedicāt omnia opera domini domino.* Hic enim mens in omnibus rebus conditis stupet potentiā, ac sublimitatem incomprehensibilem conditoris. Canticum erit, cum animus afflatus desiderio uitæ cœlestis, ac uoluit euolare gestiens è corpore, canit illi: *Quā dilecta tabernacula tua domine uirtutum.* Concupiscit & deficit anima mea ī atria domini. *Cor meū & caro mea exultauerunt in deū uiuum.* Gratiarum actio erit, cum illi canemus: *Confitemini domino quoniam bonus, quo-*

Psalmo. 145

Psal. 85.

Psalmo. 117

MODVS ORANDI PER

Pfal. 88.

niam in æternum misericordia eius. Et: Misericordias domini in æternum cantabo. Quemadmodum hymnus opponitur blasphemiæ, ita gratiarũ actioni opponitur ingratitude. Detrahunt autem gloriæ dei, qui quod illi debetur, tribuunt humanis uiribus, & ex benefactis laudem humanã uenantur. Eoq; Paulus Colossensibus scribens: Omne, inquit, quodcunq; facitis, in uerbo, aut in ope, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, nimirum ut semper illud haberent in corde, quod omnibus Christianis est in ore: Sanctificetur nomen tuum. Item non solum blasphemi sunt in deum, qui uerbis impijs in illum debacchantur, uerumetiam quicumq; nomen illius professi, uiuunt impie. Ut uideant, inquit, opera ue-

Cap. 3.

stra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. Gratissimum deo canticum modulabantur martyres, cum sua corpora tradebant tyrannorum libidini diris tormentis excrucienda, etiam cum lingua exæta, nullas laudes sonare poterant. Iam uita quorũdam Christianorum, præsertim eorum qui dignitate ac titulo se Christianæ religiõis duces pfitentur, si nihil amēt præter ea quæ sunt huius mundi, quid aliud est, quàm ppetua in deum blasphemia? Si nomen dei propter Iudeos non obseruantes legem, blasphemijs afficitur inter gentes, iuxta Pauli sententiam, quanto iustius idem dicitur in eos, qui pietatis euangelicæ culmen tenet, & tota uita pugnant cum euangelicis præceptis? Nimium propter hos, non solum inter gentes male audit adorandũ illud nomē Iesu Christi, uerumetiam inter Christianos. Itaq; quemadmodum nunquam deest occasio laudandi

Matth. 5.

stra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. Gratissimum deo canticum modulabantur martyres, cum sua corpora tradebant tyrannorum libidini diris tormentis excrucienda, etiam cum lingua exæta, nullas laudes sonare poterant. Iam uita quorũdam Christianorum, præsertim eorum qui dignitate ac titulo se Christianæ religiõis duces pfitentur, si nihil amēt præter ea quæ sunt huius mundi, quid aliud est, quàm ppetua in deum blasphemia? Si nomen dei propter Iudeos non obseruantes legem, blasphemijs afficitur inter gentes, iuxta Pauli sententiam, quanto iustius idem dicitur in eos, qui pietatis euangelicæ culmen tenet, & tota uita pugnant cum euangelicis præceptis? Nimium propter hos, non solum inter gentes male audit adorandũ illud nomē Iesu Christi, uerumetiam inter Christianos. Itaq; quemadmodum nunquam deest occasio laudandi

Roma. 2.

stra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. Gratissimum deo canticum modulabantur martyres, cum sua corpora tradebant tyrannorum libidini diris tormentis excrucienda, etiam cum lingua exæta, nullas laudes sonare poterant. Iam uita quorũdam Christianorum, præsertim eorum qui dignitate ac titulo se Christianæ religiõis duces pfitentur, si nihil amēt præter ea quæ sunt huius mundi, quid aliud est, quàm ppetua in deum blasphemia? Si nomen dei propter Iudeos non obseruantes legem, blasphemijs afficitur inter gentes, iuxta Pauli sententiam, quanto iustius idem dicitur in eos, qui pietatis euangelicæ culmen tenet, & tota uita pugnant cum euangelicis præceptis? Nimium propter hos, non solum inter gentes male audit adorandũ illud nomē Iesu Christi, uerumetiam inter Christianos. Itaq; quemadmodum nunquam deest occasio laudandi

dei, quoniã in omnibus & quocunq; uertas oculos, gloriosus est & admirabilis, ita quoniam nunquam cessat illius in nos beneficentia, semper est unde gratias agamus, Nec enim in letis tantum agendæ sunt gratiæ, uerumetiam in afflictionibus, quas ideo frequenter immittit nobis, ut emendet ac seruet, nonnunquam ut exercendæ uirtutis materiam suppeditet. Egit gratias Paulus, quod Epaphroditũ ex grauissimo morbo restituit. Egit gratias, cũ ter precatus dominũ ut auferretur stimulus carnis, & abigeretur satanas colaphis ipsum cædens, audisset: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Hoc sensit Paulus scribẽs Ephesijs in loco, quem modo retulimus: Gratias semper agentes pro omnibus in nomine domini nostri iesu Christi deo & patri. Par est semper agere gratias ei, qui semper benefacit, est in omnibus qui pro inscrutabili cõsilio omnia nobis uertit in bonum, etiam illa quæ uidentur esse noxia. Laus igitur & gratiarum actio perpetuum est sacrificium omnium Christianorum, sed præcipue quum illius mortem, qua nos redemit, ac mystici corporis societatem. Sacri panis & mystici calicis consecratione representamus. Vnde & huic rei proprie nomẽ inditum eucharistiæ, quanquam eadem Græcis dicitur synaxis, id est, conciliatio, quod pariter ibi representetur foedus charitatis inter omnia Christiana membra: unde et Latini communionem uocant. Horũ utrunq; laus & gratiarum actio non modo non cessat post hanc uitam, uerumetiã perficitur. Hic dũ animus grauatur hoc mortali corpusculo, ut est imperfecta cognitio magnitudi-

2. Corin. 12.

MODVS ORANDI PER

nis & bonitatis illius, ita imperfecta tum laudatio, tum gratiarum actio. Illic quo clarius intuebimur, hoc excellentius laudabimus, clamantes cum seraphicis spiritibus: Sanctus, sanctus, sanctus dominus exercituum. Plena est omnis terra gloria eius. Iamq; quod antè suspirabamus adepti, & quod antè spe sequebamur, iam re assequuti, canemus cum Dauid: Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei nostri. Ceterum ut gratiarum actio laus quedam est, ita nonnunquam est & petitio, de qua nunc instituimus dicere. Quandoquidem & inter homines, qui diuiti pro beneficio dato gratias agit, tacite prouocat illius liberalitatem ad maiora largiendum. Quis autem deo ditior aut benignior? Nunc quidem interim gratias agentes pro dei donis exultamus, sed cum tremore: nimirum incerti, num quod datum est, sit futurum nobis perpetuum. Siquidem ei qui stat, uidendum est ne cadat, & nostra negligentia sit nonnunquam, ut subducatur sese dei gratia, uelut ab indignis: nonnunquam ipse deus, licet non offensus, auertit à nobis uultum suum, nosq; nobis ipsis ad tempus relinquit, ne ueniamus in maius discrimen, impia nostri fiducia. In ciuitate coelesti, plena gaudiorum erit ista gratiarum actio, quia secura erit praeteritorum bonorum memoria, nec ullus perdendi, quod tenemus, metus offuscabit letitiam cordis nostri, neque quicquam deerit uotis nostris, quod felicitatem nostram reddet imperfectam, praesertim ubi totum Christi corpus tam erit ad felicitatis aeternae consortium collectum, suoq; capiti sociatum. Porro quan-

Isaia. 6.

Psal. 47.

diu uersamur in hoc exilio, quoniam & malorum plena sunt omnia, & bonorum uel imperfecta, uel incerta possessio, consequitur, ut semper sit orandus deus, ut nos à malis urgentibus eripiat, & sua dona in nobis augeat: & quod largiri dignatus est, uelit esse proprium, ac perpetuum, & quod hic coepit in nobis, perficiat in uita futura. Primum itaque si uidetur, discutiamus quid sit precatio siue oratio. Quamquam hæc uox in hoc sensu non omnino probatur his, qui religiosus obseruant elegantiã Romani sermonis: nam ut latine dicitur orare qui rogat, ita non satis latine dicitur, pro deprecatione oratio, nec satis apte dicitur orator, q̄ rogat. Orationem pro precatatione Christianorum usus recepit. Oratorem pro deprecatore, nemo ueterum, quod sciam ausus est dicere. Sed ut, omissa uerborum cura, de re pergamus, hæc tria, laus, gratiarum actio, & precatio, tã etsi ratione uerius quàm re discreta sunt, ac ferè coherent, nũc tamen docendi gratia separabimus. Est igitur precatio erectio mentis in deum cum studio quippiam ab illo impetrãdi. Iam hæc ipsa finitio statim declarat, quantum absint à precando, qui psalmos non intelligendos etiam si attenderent, inani labiorum strepitu perfonant, animo per omnia curarum inanium ludibria uolitante. Paulus autem nonnunquam duas uoces uelut idẽ significantes, sibi copulat, orationem & obsecrationẽ: sic ut precatationi respondeat $\pi\rho\sigma\epsilon\upsilon\chi\eta$, obsecrationi $\delta\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$. Sic enim scribit: Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarũ actione petitiones uestræ innotescant apud deum. Rursus ad Ephes.

Precatio qd

Philip. 4.

Ephes. 6.

MODVS ORANDI PER

Cap. 2.

6. Per omnem orationem, & obsecrationem, ubi quod Latinus uertit, orationem, Græcis est προσευχή, quod obsecrationem δέουσις. Ambrosius pro obsecratione, uertit, precem. Idem in epistola ad Timotheum priore, tres uoces coniungit, προσευχή, δέουσις, & ἐντεύξις. Obsecro igitur, inquit, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Ambrosius δέουσις uertit, deprecationes: προσευχάς, orationes. Ceterum quod est ἐντεύξις, uerti poterat, interpellationes. Nam in epistola ad Rom. ca. 8. quod Græcis est, ὅς ἐστι ἐντυγχάσῃ ὑπὲρ ἡμῶν, interpretes reddidit: Qui etiam interpellat pro nobis, uidelicet utens uerbounde deducta est ἐντεύξις. Sunt autem qui putent, his tribus uerbis idem significantibus, nihil aliud declarari, quàm uehementiam, instantiamq; preceationis. Quæ discrimen ostendere conantur, inter se parum consentiunt. Siquidem Augustinus in epistola quadã ad Paulinum, existimat δέουσις, id est, deprecationes, dici preces illas quæ fiunt, antequam benedicatur id quod est in altari: προσευχάς, orationes, cum benedicatur, aut, ut Augustinus loquitur: Sanctificatur, & distributioni preparatur: ἐντεύξις, cum sumptis mysterijs sacerdos benedicit populo, uelut intercessor offerens suos misericordissimæ potestati, demum in fine adduntur gratiarum actiones. Græcorum scholia sic distinguunt, ut δέουσις sit, quoties precamur ut à malis urgētibus.

aut etiam imminentibus liberemur: προσεῦχη, quoties uotis optamus bona: ἑτεροεῖς, qua querimur de his qui nos affligunt, quemadmodum uidua interpellauit iudicem. Aut, sicut interpretatur Theophylactus, cum intercedimus pro his qui affligunt nos, ut respiciant. Huic differentiae suffragatur & uocum ipsarum etymologia, & rerum natura. Siquidem εἶομαι Græcis & egeo sonat, & rogo. Porro rogo supplicis uerbū est. Et q̄ premente necessitate eget auxilio, supplex est. Item εὐχόμεαι Græcis sonat, opto, εὐχη, uotum. Postremo ἑτεροεῖς intercessionem sonat, siue interpellationem, qua periclitanti succurrit, qui autoritate ualeat apud eum qui offensus est. Primum autem est liberari à malis, unde & hodie rem diuinam à confessione & absolutione delictorum auspicantur: proximum optare bona nobis ac fratribus, perfectissimum autem interpellare deum pro his, qui Christum in suis membris persequuntur, ne dent poenas impietatis suæ, sed respicientes conuertantur ad dominum. Ambrosius deprecationes refert ad reges, orationes ad cæteros, q̄ magistratu publicæ potestate funguntur: postulationes ad eos q̄ uarijs premuntur malis, ut eruantur, & liberati, dominum collaudent incolumitatis autorem. Mihi, siquid interest, uero propius esse uidetur, quod à Græcis traditū est. Et hætenus quidem de ratione nominum, deq̄ uaria rei proprietate. Nunc paucis aperiendum, quanta cura nobis dominus IESVS, atq̄ huius amici precandi studium & assiduitatem commendarint, non tantū præ

MODVS ORANDI PER

Luca. 18.

ceptis, sed etiam exemplis, deinde tur ea res nobis tanta sollicitudine fuerit tradita. Mox ostendemus in orando quatuor potissimum esse spectanda, quis sit quem oras, quis is qui oras, quid ores, & quomodo sit orandum. Vt igitur primum absoluam, Lucae capite decimo octauo, quum dominus superiore sermone docuisset, quantis in periculis uersetur hominum uita, dignatus est & remedium indicare. Certissimum autem in malis praesidium est auxilium dei, quod ille nobis semper paratum fore pollicitus est, si uotis ardentibus ac instantibus flagitemus. Hoc praecipuum ut altius infigeretur animis auditorum, adhibuit parabolam, de iudice impio pariter atque improbo, qui tametsi deum non metueret, nec homines reuereretur, tamen fatigatus indefessa uiduae cuiusdam interpellatione, fecit tandem quod rogabatur. Quod si muliercula quo poenas sumeret de aduersario, tanta institit improbitate, quanto instantius oportet nos ea petere, quae conducunt ad aeternam felicitatem? Et si iudex impius & impudens de lassatus mulierculae interpellationibus, praestitit quod petebatur, quanto magis deus natura benignus audiet preces ad se clamantium? Rursus apud eundem capite undecimo, rem eandem alia commendat parabola nocturni postulato-
ris, qui clamoribus & pulsationibus improbis huc ad eum excusantem amicum, ut media nocte surgat e lecto, & donatis panibus, quotquot opus essent, flagitatorem molestum abigat, magis taedio uictus, quam impulsus beneuolentia. Confer interim frigidum illum amicum cum deo, tres panes cum aeterna uita, & intelliges quanto no-

Luca. 11.

D. ERASMV M ROT.

Bis instantius, maioreq; fiducia sit orandus pater coelestis. Eodem pertinet, quod quum dominus suis discipulis nihil praescripsisse legatur de uestitu, de cibo, potu, de ieiunijs: tamen orandi formam diligenter praescripsit, quam non iussit peti à Mose, aut prophetis, nec à Iohanne, qui peculiare quasdam orandi formas tradidisse legitur: sed ipse peculiarem proposuit non usurus tanta hac in re diligentia, nisi praecipua quaedam pietatis pars esset deprecatio. Rursum apud Matthaeum capite sexto, quam diligenter cohortatur ad orandum? Quum enim prius exemisset illis omnem sollicitudinem de uestitu, de uictu, de fama, de incolumitate, de uita, docet haec omnia magna cum fiducia postulanda à patre: Petite, inquit, & dabitur uobis: querite, & inuenietis: pulsate, et aperietur uobis: quisquis enim petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Et ne dubitarent quin quod peterent, forent accepturi, aut aliquid illo salubrius, adhibet similitudinẽ ductam à uulgari patrum in filios affectu, quorum nullus est tã durus, aut impius, ut si filius postulet panem, porrigat illi pro pane lapidem: aut si postulat piscem, porrigat illi pro pisce scorpionem. Si huc cogit homines alioqui malos, nonnunquam & idololatrias, natura pietas, ut liberis necessaria petentibus non negent quod petunt, quanto magis pater ille coelestis, natura benignus ac beneficus, qui charitate ineffabili prosequitur suos, non negaturus est hoc petentibus, quod ultro etiam largiturus erat non petentibus? Repetit hoc promissum apud eundem euangelistã capite decimo octauo: Iterum dico uo-

NODVS ORANDI PER

- Mar. 11.** *bis, quod si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcumq; petierint, fiet illis à patre meo qui in caelis est. Item apud Marcum undecimo, ueluti iureiurando se nobis obligat, dicens: Propterea dico uobis, omnia quaecumque orantes petitis, credite quod accipietis, & euenient uobis. Iam imminente crucis tempore, nullo praesidio magis consolatur discipulos suos, quos erat ad tēpus destitutus, quàm deprecationis. Quicquid, inquit, petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Iterum capite decimoquinto repetit & inculcat quod dixerat, ne possit elabi: si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcumque uolueritis, petetis, & fiet uobis. Ac mox: Quicquid petieritis à patre, det uobis. Rursum capite decimo sexto expostulat cum illis, quod haecenus nihil petissent, affirmans ac uelut adiurās, eos nihil frustra petituros: Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Haecenus non petistis quicquā in nomine meo, petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Similiter & apud Matthaeum uicesimo quarto, ingruente publica mundi calamitate, non ad aliud praesidium nos mittit, quàm ad precationē: Orate, inquit, ne fiat fuga uestra hyeme uel sabato. Et ne quis existimaret precationem frigidam & somniculosam sufficere, apud Marcum ita loquitur: Videte, uigilate, & orate. Itidem munit illos aduersus ingruentem tentationem: Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Lucae decimo: Rogate, inquit, domi*
- Iohan. 14.**
- Iohan. 15**
- Iohan. 16.**
- Matth. 24.**
- Mar. 13.**
- Mat. 14.**
- Lucæ. 10.**

D. ERASMV M ROT:

nam mesis, ut mittat operarios in messem suam. Nec
 dissonat à domini doctrina, doctrina apostolorum. Sic
 Paulus secunda Thessalonicensium quinto: Semper gau-
 dete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agi-
 te. Rursus prima ad Timotheum capite secundo: Vo-
 lo, inquit, uiros orare in omni loco, sustollentes puras
 manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulie-
 res. Idem cupit uirgines ac coelibes manere liberos, ne
 diuellantur ab orando, & huius rei gratia uult ad tem-
 pus ex consensu dirimi usum coniugij. Sed præcipue ui-
 duas uult instare precationibus die ac nocte. Eandem
 cantionem uobis canit Petrus: Estote, inquit, sobrij,
 & uigilate in precationibus. Item Iacobus eum, cui
 opus est sapientia, iubet à deo postulare. Si quis affli-
 gitur ac moeret, hunc orare iubet. Tantum autem hic
 tribuit precationi, ut non solum sibi impetret orans, ue-
 rumetiam alijs, pro quibus oretur deus. Si quis egro-
 tat, iubet accersi presbyteros, quorum precibus & cor-
 poris & animi morbo liberetur. Deniq; uult, ut omnes
 Christiani mutuis apud deum precibus sese uicissim sub-
 leuent: Orate, inquit, pro uobis inuicem, ut saluemini.
 Mutuum enim ualet deprecatio iusti assidua. Nunc con-
 siderandum erit, dominus Iesus, quod tam diligenter
 tradidit, quanto studio conatus suorum animis infi-
 gere, suo frequenter exemplo prouocans discipulos ad
 orandum, ac uelut auis ad uolandum incitans pullos suos.
 Sæpius repetitur hoc in euangelicis literis, quod do-
 minus secesserit in locum desertum, aut conscenderit
 montem ut oraret. Interdum etiam solus. Nec dubitan-

I. Petri. 2.

I. Petri. 5.

Iacobi. 5.

MODVS ORANDI PER

dum quin quotidie cum discipulis suis orauerit, quem-
 admodum ante cibum benedixisse & gratias egisse, et
 post cibū hymnos in laudem dei cecimisse legitur. Quo-
 ties autem relicta multitudo secessit ad orandum, pa-
 stores docuit, ut pro his quos regendos susceperunt, fre-
 quenter orent dominum, scientes infrugiferam esse do-
 ctoris ac monitoris operā, ni cœlestis aspirauerit fauor.
 Nec enim dispendium est operis boni, si nonnunquam se-
 cretis precibus interrūpatur, nam & alacrior uegeti-
 orq; redit ad suum munus qui sic secessit, & auditoris
 desiderium intermissione modica redditū est uiuidius.
 Quoties autem magnum quiddam aggressurus esset
 dominus, ab orando legitur coepisse auspiciū Luca. 3.
 Baptizatus & egressus aquam, orasse legitur. Descen-
 dit colūba, & uox patris audita est: Hic est filius meus,
 ipsum audite. Hoc uidelicet erat felix auspiciū suscipi-
 endi muneris euangelici. Similiter & gentium uocatio-
 nem auspiciatus est, Iohann. 12. Quum enim quidam ex
 gentibus uenissent Hierosolymam adorandi gratia, am-
 bientes per Philippum & Andræam ut uideret Iesum,
 dominus sic orat: Pater clarifica nomen tuum. Ac mox
 audit uocem cœlestē: Et clarificaui & iterum clarifi-
 cabo. Orat excitaturus Lazarū, quod uel ex coliquet,
 quod scribit Iohannes: Pater ego ago gratias tibi, quo-
 niam audisti me, nimirum orasse perspicuum est, qui se
 prædicat auditū. Præterea Luca. 9. professionē sui no-
 minis, per quam salus esset omnibus parata, ab orando
 uoluit auspiciari. Sic enim legitur: Quū esset solus orās,
 erant cum illo discipuli, & interrogauit illos, dicens:

Cap. 12.

Quem me dicunt esse turba? & uos autem quem me es-
 se dicitis? Et audit ex ore Petri, Christianorum omni-
 um coelitus inspiratam professionem: Tu es Christus fi-
 lius dei uiui. Ac uicissim Petri noīe audit oīs, Christi no-
 men ex animo profitens: Beatus es Simon Bar Iona. Et
 paulo post apud eundem euangelistam, immortalitatis
 specimen aliquod ostensurus in monte, non prius trans-
 figuratur, quā orasset: Et facta est, inquit, dum ora-
 ret species uultus eius altera, & uestitus eius albus ac re-
 fulgens. Nec alteri titulo dedicat ecclesiam suam, cuius
 typum gerebat templum illud Hierosolymorum, unde
 profligauit impuram turbam uendentium, & ementi-
 um: Domus, inquit, mea domus orationis uocabitur. Do-
 mus dei ecclesia est, in qua quisquis uersatur, uersatur
 aut omnis uere Christianus, eū non oportet aliud quā Lucæ. 22.
 orare. Nam perpetuum pie uiuendi studium, iugis est
 deprecatio. Dominus rogat pro Petro, ne deficiat fides
 illius, & rogat patrem ut alium paracletum mittat di-
 scipulis, ne deficiant in afflictionibus. Peracta cœna,
 quam postremam egit ante mortem cum discipulis suis, Iohan. 17.
 sublati in coelum oculis, prolixius orat, ut per euan-
 gelium illustretur gloria patris, ut per euangelij profes-
 sionem seruentur nō solum apostoli, uerū etiam omnes,
 qui ex uniuersis terræ nationibus, usque ad mundi finē
 credituri forent euangelio. Vbi iam ingruerat potestas
 illa tenebrarū, in horto non solum flexis genibus, sed fa-
 cie quoque prostratus in terram ter, ac prolixius oras-
 se legitur, præcipuosque discipulorum, cum subinde re-
 perisset dormientes, monuisse, uigilarent, & orarēt ne

MODVS ORANDI PER

uenirent in tentationem . Denique cum iam in ara crucis magnus sacerdos, secundum ordinem Melchizedec peragit efficax illud & unicum sacrificium, quod & olim legis Mosaicæ typis adumbratum erat, & nunc quotidie sacri panis & calicis consecratione representantur, ingenti clamore uociferans, orat patrem pro membris suis: Deus meus, deus meus, cur me deseruisti. Tandem profert & illam omnium absolutissimam charitatem, orans patrem pro crucifigentibus, pro cõuitiantibus & insultantibus. Tot exemplis dominus nos extimulare uoluit ad orandum. Nunc obseruemus, quàm apostoli non degenerarint ab instituto præcepto ris. Post ascensionē domini, ingressi coenaculū, p̄seuerāt unanimiter in oratione. Erant, inquit Lucas, oēs unanimitè perseuerantes in oratione, cū mulieribus & Mariæ matre Iesu, et fratribus eius. Rursus suffecturi Mattheum in locum Iudæ, qui perierat, orant: Tu domine qui corda nosti omnium. Hoc auspicio datus est spiritus, unde coepit regnum euangelicum. Hoc auspicio factus est numerus apostolici senatus. Hoc auspicio consecratus euāgelij prouentus ille primus quasiq; primitiæ. Cū enim uno die accreuisent discipulorum numero tria milia, quid subiicit Lucas? Erant, inquit, perseuerantes in doctrina apostolorum, & communicatione fractionis panis & oratione. Mox Petrus & Iohannes orandi gratia petunt templum circiter horam nonam, qua tum erat solenne Iudæis orare, atque ibi pro foribus templi claudum sanant in nomine IESU. Rursum cum euangelij subolescentem in dies gloriam sacer

Mat. 27.

Marci. 15.

Actorum. 1.

Acto. 2.

Actorum. 3.

D. ERASMV M ROT.

doctes ac pharisæi minis conarentur obruere, pusillus ille CHRISTI grex, non aliò confugit, quàm ad preces. Vnanimiter, inquit, leuauerunt uocem ad deum, & dixerunt: Domine tu qui fecisti cælum & terram & cætera. Et cū orassent, motus est locus, in quo erant congregati, & repleti sunt omnes spiritu sancto. Post ubi magis ac magis increuisset multitudo credentium, adco ut apostoli prospicientes omnibus, cura rerum humiliorum grauarentur, non alio prætextu requirunt diaconos, qui mensis præessent, quàm ut ipsis uacaret instare doctrinæ sacrae & precibus. Nos, inquit, orationi & ministerio instantes erimus. Agnoscimus & ocium & negocium apostolicum, nihil aliud esse quàm docere & orare. Iam delectis septē diaconis, non citra precationem traditur autoritas ministrandi. Hos, inquit, statuerunt ante conspectum apostolorum, & orantes imposuerunt illis manus. Stephanus inter lapidum uolitantium tumultus, flexis genibus orat: Domine IESV accipe spiritum meum, & ne statuas illis hoc peccatum. Extrema morientis uox, non gemitus erat, sed deprecatio. Erat apostolis hæc potestas data peculiariter, ut impositione manuum traderent spiritum sanctum, ijs qui credidissent. Hac tamen nonungebantur nisi præmissa deprecatione. Proinde Petrus & Iohannes in Samariam profecti, quod intellexissent et Samaritanos ex prædicatione Philippi, pfectionē euāgelicā ac baptismum recepisse, cæterū in newinē illorū adhuc uenisse spūm sanctū primū pro il-

Actuum. 4.

Actuum. 6.

Actu. 7.

Actuum. 8.

MODVS ORANDI PER

lis orasse leguntur, ut acciperent: deinde manibus im-
positis impertisse quod deerat. Quid ille mirabilis eu-
angelij propugnator Paulus, unde primum auspicatus
est uita nouitatem? Nimirum ab orando, sic enim domi-
nus loquitur Anania: Et quere in domo Iudae Saulum,
nomine Tarsensem: Ecce enim orat. Quid est, orat? Am-
bit Christianismum. Quanquam autem dominus non
semper orasse legitur in edendis miraculis, quod ex se-
se naturaq; uirtutem haberet excitandi mortuos, quē-
admodum & ipse testatur apud Iohannem, tamen apo-
stoli quoties idem faciebant, orasse leguntur. Cum enim
Petrus Aencam paralyticum erigit Lyddae, Aenea, in-
quiens, sanat te dominus Iesus, quid aliud quam orat?
Rursum Ioppae Dorcadem excitaturus, petit solitudi-
nem, flectit genua, & orat. Iam centurio Cornelius, cu-
ius tantus fuit ardor fidei, ut prius meruerit accipere
spiritum sanctum, quam tinctus esset baptismo, quid
audit ab angelo? Orationes tuae & eleemosynae tuae
ascenderunt in memoriam in conspectu domini. Oran-
ti letum nuntium affert angelus. Et Petro oranti de
conuersione gentium, ostenditur uisio. Ascendit, inquit,
Petrus in superiora ut oraret circa horam sextā. Iam
ubi Herodis seuitia eò progressa fuisset, ut occiso Iaco-
bo, Petrum apostolorum principem coniecisset in car-
cerem, quid fecit ille iam numerosus Christi populus?
Non insiliit in regem, non effregit carcerem, nullum
concitauit in ciuitate tumultum, non confugit ad artes
magicas. Quid igitur? Nimirum, ut legitur, oratio fi-
ebat pro eo sine intermissione ab ecclesia ad deū. Nec

Act. 9.

Ibid.

Act. 10.

Ibid. 12.

*mora, liberatur ab angelo, moxque petit domum Ma-
 ria matris Iohannis, ubi erant multi congregati, oran-
 tes. Quin & Antiochia, cum Paulus & Barnabas in
 signiuntur apostolici nominis autoritate, nihil fit ab-
 que deprecatione. Tunc, inquit, ieiunantes, & oran-
 tes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et illis
 uicissim Lystris, Iconij, & Antiochia, cum per singu-
 las ecclesias ordinant presbyteros, adhibetur depreca-
 tio cum ieiunio. Quin & Philippis Paulus egressus è
 ciuitate, petit locum ubi futura erat sollemnis depreca-
 tio, atque illic Christo lucrifecit Lydiam purpurari-
 am. Rursus euntibus ad orandum, obstrepit puella Py-
 thoni obnoxia, & liberatur. Porro quoties conuenieba-
 tur ad frangendum panem, eadem opera conuenieba-
 tur ad orandum, id quod priscis discipulis penè quoti-
 dianum erat: isq; mos & in posteros deriuatus est, ut
 quoties episcopi aut alioqui celebres uiri coirent, pri-
 mum hospitalitatis auspiciū esset deprecatio, deinde
 communiō, mox colloquiū. Paulus Mileto soluturus nō
 prius adit nauim, quàm flexis genibus orasset cū omni-
 bus fratribus, quorum aliquot exciuerat Epheso. Rur-
 sus Tyro proficiscens, steriles litoris arenas deprecati-
 one consecrauit, sic enim legitur: Et positis genibus in
 litore orauimus. Nimirum hoc erat, quod præceperat,
 leuantes puras manus in omni loco. Eidem Thessaloni-
 cæ, carcer erat templum. Quin etiam apud Agrip-
 pam ac Festum causam dicens, in uinculis orat, optans
 à deo ut non solum aliquantulū, sed uehementer omnes,
 qui in eo confessu audiebant ipsum orantem, tales red-*

Ibid. 13.

Ibid. 16.

Ibid. 20.

Ibid. 21.

Ibid. 26.

MODVS ORANDI PER

ibid. 7.

derentur qualis erat ipse, tantū exceptis uinculis. Orat
 & in naui cæteris exanimatis metu, & donatæ sunt il
 li omnes animæ, quotquot erant in naui. Idē omnes epi
 stolas suas auspiciatur à precando. Quid enim illa solen
 nia, Gratia uobis & pax &c. aliud sunt quàm preca
 tio? Idem est exordium omnium, præter unicam ad He
 bræos, quæ uel hoc argumento non uidetur esse Pauli.
 Pleraq; precatioe claudit. Ad Romanos hanc habet
 clausulam: Gratia domini nostri IESV Christi cum
 omnibus uobis, Amen. Ad Corinthios prior, hanc: Gra
 tia domini nostri IESV Christi uobiscum. Charitas
 mea cum omnibus uobis in Christo IESV, Amen. Poste
 rior hanc: Gratia domini nostri IESV Christi, & cha
 ritas dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omni
 bus uobis, Amen. Ad Galatas hanc: Gratia domini no
 stri IESV Christi, cum spiritu uestro fratres, Amē. Ad
 Ephesios hanc: Gratia cum omnibus, qui diligunt do
 minum nostrum IESVM Christum in incorruptione,
 Amen. Ad Philippenses, hanc: Gratia domini nostri IE
 SV Christi, cum spiritu uestro, Amē. Nec dissimilis est
 clausula cæterarum omnium, etiam illius quæ inscribi
 tur ad Hebræos. Has clausulas uidetur ceu symbolum
 adiecisse sua manu, etiam in his epistolis, quas dictabat.
 Sic enim scribit ad Theßal. secunda: Salutatio mea ma
 nu Pauli, quod est signum in omni epistola. Gratia domi
 ni nostri IESV Christi cum omnibus nobis, Amen. Iam
 in medijs epistolis quoties erumpit uel in hymnum, uel
 in gratiarū actionem uel in deprecationem, uelut obli
 tus instituti sermonis? Sic ad Philippenses: Et pax dei,

que exuperat omnem sensum, custodiat corda & intel Philip. 4.
ligentias uestras in Christo IESV. Rursus ad Ephesios
capite tertio: Huius rei gratia, flecto genua mea ad pa-
trem domini nostri IESV Christi, & mox erumpit in
hymnum: Ei autem qui potest omnia facere, & c. Rur-
sus orat, scribens Romanis: Optarim anathema esse à
Christo pro fratribus meis, & c. Ac mox erūpit in hy Roma. 9.
mnium: Qui est super omnia deus benedictus in secula,
Amen. Rursus orat capite septimo: Infelix ego homo,
quis me liberabit de corpore mortis huius? Rursum ca-
pite undecimo, disputationem interrumpit hymnus: O
altitudo diuitiarum, & c. Multis autem locis testifica-
tur, quod in quotidianis precibus suis memor esset omni-
um, qui credidissent Christo. Et horum mutuas preces,
quanta sollicitudine flagitat, cum alijs in locis, tum epi-
stola ad Romanos capite decimoquinto: Obsecro, inq̄t,
ergo uos fratres, per dominum nostrum IESVM Chri-
stum, & per charitatem sancti spiritus, ut adiuuetis me
in orationibus uestris pro me ad deum, & c. Ab his ex-
emplis precādi assiduitas defluxit ad maiores nostros.
Adeo quicquid illis agebatur, aut erat deprecatio, aut
deprecatione consecratur. Primum congressum au-
spicabantur ab orando, colloquium & conuiuium pre-
cibus interrumpitur, digressio deprecationem ha-
bebat, somni initium erat deprecatio, qui frequenter
& precibus interpellabatur. Vigilię matutine princi-
pium erat deprecatio. Vnde manent hodie in ecclesia
consuetudinis prisce uestigia. Sunt preces nocturnę,
sunt matutine, que ad primam dicuntur: sunt tertię,

MODVS ORANDI PER

sexte & nonæ. Sint uespertinae, suntq; quæ coenam sequuntur & somnum præcedunt, quas completas uocant. Si quò discedebatur, siue redibatur aliquò, siue quid noui tentabatur, precatione consecrabantur omnia. Adeo ut Philo de Christianorum instituto librũ inscripserit, de uita contemplatiua supplicum. Poteram hic ex priscis historijs permulta colligere, quæ nobis declarant, quantũ fuerit patribus nostris orãdi studiũ, ueluti de Iacobo, cuius genua ob frequentiam orandi, camelorum instar callum duxisse leguntur. Sed mihi non est animus, deprecationis comendationem aliunde petere, quàm è sacris libris. Nam & ueteris testamenti uolumina copiosam suppeditant materiam, hac de re differendi. In quibus omnis sanctorum sermo, quid aliud est, quàm deprecatio? Psalmorum liber quid aliud habet, quàm perpetuum cum deo colloquium? Neque parum multa suppetent indidem exempla, quàm potens & efficax res sit, pura ad deum deprecatio. In libro Genescos, non arbitror Abel obtulisse sacrificium absque precibus. Certe Enos filius Seth, primus occupauit orãdi laudem, de quo scriptum est capite quarto: Iste cœpit inuocare nomen domini. Artium humanarum inuectores tantum commemorati fuerant, solus Enos hoc elogio decoratur, quod autore deo successerit i locum Abel. Post diluuium egressus ex arca Noe, nihil prius curæ habuit, quàm ut edificaret altare domino, & immolaret holocausta. Abraham ut primum audiuit terræ promissionem, extructa ara, inuocauit nomen domini: idem subinde fecisse legitur, quoties mi-

Genes. 12.

tauit sedem. Exemplum hoc imitati sunt ceteri quo-
 que patriarche, ne singula persequens, tædio grauem
 lectorem. Eiusdem operis capite uigesimo, orat Abra-
 ham, & à morte liberatur Abimelech, & huius uxor,
 atq; ancillarum grex, sanatur à sterilitatis uitio, quod
 illis immiserat iratus dominus. In Exodo Moses orat
 dominum, & intereunt rane, que totam occupauerat
 Aegyptum. Iterum orat, & desinunt tonitrua gran-
 doq; uastare regionem Aegypti. Rursus, cum offensus
 deus ob uitulum aureum, quem pro deo coluerant Ae-
 gyptiorum more, parat uniuersum populum internici-
 one delere, deprecatus est Moses pro populo, & pla-
 catus est dominus, ne faceret malum, quod locutus fue-
 rat aduersus populū: sed antè fortuna belli cum Ama-
 lechite pendeat à brachijs Mosi deprecantis in mon-
 te. Non sine precatione mouebatur arca. Dicebat enim
 Moses: Surge domine, & dissipentur inimici tui, & fu-
 giant, qui oderunt te, à facie tua. Nec sine precatione
 deponebatur: Reuertere domine ad multitudinem ex-
 ercitus Israel. Precatione dabatur signum belli, pre-
 catione caneatur receptui. Rursum, cum ignis domini
 deuoraret extrema castrorum Israel, clamauit popu-
 lus ad Mosen, Moses clamauit ad dominum, & sub-
 ito absorptus est ultor ignis. Clamat idem ad dominū,
 & Maria que Mosi detraxerat, lepra liberatur. It-
 rum murmurat populus aduersus dominum, & para-
 tur ultio. Sed Moses blanda deprecatione mitigat ac-
 censam iram dei. Et audit: Dimisi iuxta uerbum tuum.
 Iam cum deus offensus seditione Chore, pararet uni-

Ibidem.10.

Cap.8.

Ibidem.9.

Ibid.13.

Nume.10.

Nume.11.

Ibid.12.

Ibid.14.

MODVS ORANDI PER

Ibid. 16.

uersam multitudinē internicione delere, Moses & Aaron prona facie se prosternentes in terrā, precibus impetrarunt à domino, ut pœna non inuolueret nisi paucos seditionis autores, quos terra dehiscens uiuos absorbit. Mox ubi recruduisset populi murmur aduersus Mosē & Aaron, rursusq; dominus pararet extinguere rebellem populum, orant prostrati in terram, iussuq; Mosi, Aaron stans inter mortuos, quos ignis domini cōsumpserat, & inter uiuos iam morti proximis, incendit thymiama, precibus dominum exorans, ut cessaret plaga, quæ iam absumpserat supra quatuordecim milia hominum septingentos. In deserto cum populus siti deficeret, ac res spectaret ad seditionem, Moses et Aaron proni in terram orant, & aquarum uis elicitur è petra. Iterum orto murmure ob itineris prolixi tedium, deus iratus immiserat in populum serpentes igneos, multisque cadentibus multitudo territa, clamauit ad Mosē, Moses clamauit ad dominū. Et serigitur serpens æneus, qui conspectus, liberaret illos à mortis discrimine. Mosi successor Iosue, precibus ad dominum suscitatis, solis ac lunæ cursum remoratus est, donec ultus esset hostes suos. Sic enim legis Iosue capite decimo: Tunc loquutus est Iosue domino, nimirum implorans auxilium domini, mox loquutus est soli & lunæ: Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra uallem Ailon. In libris Regum tacite precatur Anna coniunx Helcane, & pro sterili, fit mater felicissimæ prolis laudatissimi Samuelis. Qui cum populus Israeliticus expauescet ad rumorem irruentium Philisteorum, cla-

Exodi. 20.

Exodi. 2.

Reg. 1.

D. ERASMV ROT.

mauit ad dominum, & exaudiuit eum dominus. Vicit Israel, domino pauorem omnem in hostem uertente. Idem clamauit ad dominum, & in tempore messis subito orta est ingens tempestas tonitruui atque imbrium. Non arbitror hic prætereundum, quomodo Dauid tam atrox uariùmque crimen, & iram domini supplici precatione diluerit ac placarit. Idem capite uigesimo quarto, plagam domini seuientem in populum, precibus mitigat, immolato sacrificio in area Areuna. Solomon quod prudenter petit à domino, multo cum fœnore cumulatū impetrat. Rursus templum iam extructum exornatūque proluxa dedicat precatione, tertio Regum capite octauo. Elias clamauit ad dominum, & in uitam reuocat Sareptanæ filium. Idem precatione non longa impetrauit ignem de cælo, qui consumeret totam uictimam, toties aqua perfusam. Rursum orat pronus in uertice Carmeli, & post diutinam siccitatem subito ingens pluuia uis oborta est. Huius successor Eliseus hospitis sue puerum, uitæ restituit, fusis ad dominum precibus. Ezechias rex mortem à domino denuntiata, precibus remoratur in annos quindecim. Vbi reditur ad instaurandum templum domini, non petuntur auxilia à rege, sed precibus ac ieiunio prosperatur iter. Ac Neemiæ nihil postulat à rege, nisi prius cōprecatus dominū cæli. Orat & Tobias, orat & Sara filia Rahuelis, & utrique pro tribus latiora succedūt. Tribus noctibus orat Thobias filius cū Sara uxore, & iugulato dæmonio, felix conuiuium pro funesto contigit. Nonne fortissima uirago Lu

2. Reg. 24.

3. Reg. 3.

4. Reg. 24.

4. Reg. 20.

1. Esdræ. 9.

3. Esdræ. 1.

MODVS ORANDI PER

dith, Holophernem hostem orādo deiecit? Nec Hester pulcherrimum facinus aggreditur, nisi prius triduanis ieiunijs ac precibus implorato favore numinis. Daniel cum seruiret impio regi, tamente in die flexis genibus orabat dominum. Oravit Ionas de ventre ceti, clamans ad dominum, & redditus est uiuus. Iam superstitione cuiusdam diligentie uideatur si pergam ex singulis prophetis orandi uel precepta, uel exempla colligere, cum totus illorum sermo nihil aliud fere sit, quàm de precatio. Hec abunde suffecerint ad declarandum, quanta fuerit antiquis orandi cura, quàmque diligenter nobis dominus IESVS, cuiusq; discipuli precandi assiduitatem instantiamque, tum preceptis, tum exemplis commendarint. Habebat ethnicorum superstitio in depellendis malis, in auspicandis rebus, in agendis gratijs, in coniectando rerum euentu, suas expiationes, procurationes, auspicia, auguria, omina, oracula, annulos, incantamenta, triumphos, ouationes, supplicationes, sine quibus in praelium non ibatur, non suscipiebatur magistratus, non adibatur hereditas, non ducebatur uxor, non tentabatur nauigatio, non designabantur extruenda urbi pomeria, non consultabatur de negotio publico, non fiebat concio apud populum, non expiabantur fulmina, aut portenta, nos pro tam multis unicum ac simplex habemus praesidium, sed illis omnibus efficacius, uidelicet puram ad deum deprecationem. Pro triumphorum, ouationum, & supplicationum inanibus pompis, habemus hymnos & gratiarum actiones. Verum hic fortasse nobis aliquis mouerit questionem. Cum domi-

D. ERASMV M ROT.

nus interdixerit apostolis suis in orando multiloquium, testeturq; patrem scire quid nobis sit opus, etiam anteq̃ petamus, cur apud Lucā idem doceat assidue orandum, nec unquam cessandum ab orando? Similiterq; Paulus iubet nos citra intermissionem precari. Hæc sibi non uidentur constare. Deinde, quid opus sit assiduis ad deum clamoribus, cum ille non ignoret, quid requirat nostra necessitas. Quod si tale est, ut conducat saluti nostre ille, uel ultrò daturus est: sin minus ne rogatus quidem dabit. Postremo qui consistit, ut damnet in precando multiloquium, cum ipse legatur in horto & orasse prolixius, & ter eundem sermonem inter orandum repetisse. Ad quorum singula ut paucis respondeam, quemadmodum hymni & gratiarum actiones non in hoc à nobis requiruntur, ut hinc quicquam commodi accedat deo, sed ut nostra imbecillitas exercitamenti huiusmodi discat magis ac magis metuere uenerariq; dei magnitudinem, magis ac magis amare bonitatem, crebra contemplatione maiestatis illius, ac beneficiorum illius in nos cōmemoratione. Ita nobis expedit orare frequenter, non ut deus discat à nobis, quid sit opus, sed ut assuescamus ea quibus egemus ab illo sperare, utq; desiderium eterne uite magis ac magis accendatur in nobis, dum frequenter hic animum intendimus, ut ardentius petamus ab eo, qui solus dare potest. Frequentes hymni docent nos, omnem gloriam uni deo debere. Crebra gratiarum actio, docet quicquid in nobis est boni, id totum dei benignitati acceptum ferri oportere. Assidua precatio præstat, ut semper crescat in nobis coele-

NODVS ORANDI PER

stium bonorum amor, qui nisi subinde uotis ardentibus
 uelut ignis aura suscitetur, primū tepescit, deinde pau-
 latim extinguitur. Quemadmodum enim indignus est
 accipiendis, qui pro acceptis non agit gratias, hoc est,
 qui non agnoscit dei beneficentiam, ita non meretur ac-
 cipere tantam felicitatem, qui eam aut non desiderat,
 aut desiderat frigide. Porro qui uehemēter aliqd amat
 ac sperat, non pōt non frequenter optare, ut qd amat,
 contingat. Quid estigitur non cessare ab orando? per
 omnem uitam desiderare, summum illud bonum, quod
 nobis in futuro seculo promittitur. Ad hunc scopum, cū
 homines pij dirigant quicquid agunt interim in hac ui-
 ta, siue comedunt, siue bibunt, siue dormiunt, nimirum
 tota illorum uita perpetua quaedam est deprecatio. Sic
 enim loquitur Raphael Thobie: *Quādo orabas cum la-
 chrymis, & sepeliebas mortuos, & relinquebas pran-
 dium tuum, & mortuum abscondebas per diem in do-
 mo tua, ego obtuli orationem tuam domino. Nimirum
 totum hoc quod agebat, erat oratio. Quoniam autem
 animus ob huius corpusculi necessitatem frequenter in
 multas curas distrahitur, ad excitandam huius desi-
 derij scintillam, expetit frequenter animum ab huius
 seculis curis auocare, quo secretis precibus incalescat
 in amorem uitae coelestis. Praestat & hoc instans depre-
 catio, ut copiosius quod petitur accipiamus. Nam ue-
 hementer optasse quae nobis promisit deus, est quodam-
 modo promeruisse. Porro si quando legimus uota san-
 ctorum per angelos intermuntios perferri ad deū quē-
 admodū Raphael Thobie preces dicit se pertulisse ad*

dominum, atque in Apocalypsi angelus adstat altari Cap. 8.
 gestans thuribulum aureum, unde gratissimus suffi-
 tus aromatum ascendens perfertur usque ad conspe-
 ctum dei. Rursus in Actis legimus, quod preces & ele Cap. 10.
 emosynæ Cornelij ascenderint in memoria in conspe-
 ctu dei. Quin & Paulus scribens Philippensibus, mo-
 net ut petitiones illorum imotescant apud deum. Hæc Cap. 4.
 inquam, & huiusmodi si quando sunt obuia in sacris li-
 teris non sic accipiēda sunt, quasi quemadmodum rex
 aliquis per nuntios discit quid alibi gestum sit, aut per
 assistentem admonetur, cuius fuerat oblitus, ita per an-
 gelos internuntios resciscat deus quid nos optemus, aut
 commonefiat quid fecerimus, aut nostro clamore di-
 scat quid desideremus, qui melius nouit corda nostra,
 quàm nos ipsi, aut mentes etiam angelicæ. Sed hic est
 arcana scripturæ mos, ut hominibus humano more lo-
 quatur. Quod rogari uult, nostra causa uult, & ipsi
 potius orando discimus quid nobis sit opus, quàm ille.
 Deniq; si quando angelorum ministerio utitur, non sic
 utitur, quasi usquam illis ministris egeat, sed sic rectius
 intelligimus, quantopere curæ simus deo, qui nobis an-
 gelos suos curatores & protectores addiderit. Et an-
 geli fruuntur charitate sua dum per latis ad deum uo-
 tis nostris, dei dona uicissim ad nos ferunt. Ad hæc ius-
 xta scripturarum idioma ignorare dicitur dominus,
 quod non approbat. Sic non audit preces illorum, qui
 non sicut oportet petunt. Rursum innotescunt illorum
 petitiones, qui sic orant, ut mereantur audiri. Proinde
 Paulus præmisit, ut nihil solliciti sitis, sed in omni ora-

MODVS ORANDI PER

tionē, & obsecrationē, cum gratiarum actionē, petitiones uestre innotescant apud dominum. Non audiuntur solliciti, qui praesidio coelesti diffisi, fidunt humanis opibus aut ingenijs. Non orant aut obsecrant, qui non orāt instāter. Nō orant cū gratiarū actionē, qui quoniā quod accipiunt, suis ascribunt meritis, potius quā benignitati diuinae: nō tribuunt gloriam deo, non innotescunt illorum preces apud deum, qui cū phariseis stant in angulis platearum, & sub praetextu proluxae precationis deuorant domos uiduarum. Iam si cui uideatur impossibile, ut homo nunquam cesset ab orando, quod apud Lucā praecipit dominus, aut sine intermissione precetur, quod docet Apostolus, aut intelligat totam piorum uitam esse iugē ac perpetuā orationem, donec contingat summum illud bonū, quod semel adepti, desinamus torqueri desiderio, aut putet hic esse tropū, qui dicitur hyperbole, ut accipiat eum indefinenter orare, qui frequēter, & instanter orat, nec desinit à precibus, donec quod petit impetrauerit. Sic dictum est: Clama, ne cesses, exalta ut tuba uocem tuam. Nec interrumpitur deprecatio, etiam si remittatur ad tempus illa mentis intentio, nisi ponatur eius desiderium, quam petimus. Superest ut ostendamus qui cōsistant, quae uidebantur inter se pugnare, pugnant enim in speciem: Nolite multum loqui, & Sine intermissione orate. Cuius questionis nodū forsitan sic expedierit aliquis, ut respondeat, non interdici nobis proluxiorem in precibus affectum, sed loquacitatem. Verum huic protinus respondebitur, Christiū non solum orasse proluxius, uerum etiam eundem sermo

nem ter repetisse. Idem Luce cap. 6. pernoctat in oratione dei, quæ si uocalis fuit, ut fuisse probabile est, non potuit esse breuiloqua. Proinde cum dominus Matth. 6. docet discipulos suos, ne in orando multiloqui sint, nihil aliud docet, quàm ne credant deum inani uerborum strepitu flecti, rem eandem subinde flagitantium. Nam græcis est βαττολογίασας. βαττολογειν autem illis dicitur, qui uoces easdem frequenter iterat sine causa, uel loquacitatis, uel nature uel consuetudinis uitio. Alioqui iuxta præcepta rhetorum nonnumquam laudis est iterare uerba, quemadmodum et Christus in cruce clamauit: Deus meus deus meus, non erat illa βαττολογία, sed ardens ac uehemens affectus orantis. Non est loquax deprecatio, quandiu respondet affectui. Non est battologia, quoties ardor animi ueluti flamma subinde maior emicans, exprimit easdem uoces, alioqui deprehendes in omnibus psalmis sanctam quandam ac penè perpetuam battologiam: Domine ne in furore tuo arguas me. Id semel dictum inculcat, neque in ira tua corripias me. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam, id iterat: Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Huius uersiculi clausulam recinit in proximo: Amplius laua me ab iniquitate mea, et à peccato meo munda me. Nec hoc satis affectui regis: Auerte faciem tuam à peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus, et spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Eandem battologiam animaduertere licebit in præceptis ueteris testamenti, atque adeo in præceptis CHRISTI, præsertim

Psal. 6.

Psal. 50

MODVS ORANDI PER

apud Iohannem. Quoties iterat eadem, dum illis infigere studet charitatem mutuum, fiduciam in ipso, & precandi instantiam? Non est hæc ethnicorum battologia, sed uel affectus p̄i uehementia, uel studium inculcandi, cuius non meminisse perniciēs esset. Itaque dominus non simpliciter dixit, nolite multum loqui, sed adiecit, sicut ethnici, putāt enim quod in multiloquio suo exaudiuntur. Nolite ergo assimilari eis. Habent hanc battologiam etiamnum ueteres poetarum hymni, quos in deorum suorum laudem composuerunt, in quibus nomen quam unus deus quadraginta diuersis nominibus inelamatur, ut ex tam multis, unum saltem agnoscat. Talis erat oratio prophetarum, quos legimus inelamasse nomen Baal, à mane usque ad uesperam nihil aliud dicentes, quàm Baal exaudi nos. Et ijdem à meridie, maioribus etiam clamoribus fatigare cœperunt deum suū. Nec defuerunt heretici, quos Psallianos siue Euchitas appellant, qui dum, quod dominus dixerat, nūquam ab orando cessandum, & quod Paulus iubet, ut sine intermissione oremus, perperam acciperent, totos dies nihil aliud, quàm repetebant psalmos ac preculas, in hoc contentantes, ut qui quàm plurimum psalmorum euoluisset, is uideretur cæteris sanctior. Et tamē ne sic quidem præstiterunt, quod iuxta grammaticum sensum sonat, nunquam cessandum ab orando, & sine intermissione orate. Certe uel cibus ac potus, certe uel somnus, certe uel tussis, sternutatio aut oscitatio interrūpebat illorum preces. Verum hæc de re fortasse plura, cum locus

Mat. 6.

1. Reg. 18.

admonebit nos de modo precandi nonnulla differere. Ut igitur quod polliciti sumus, breuiter absoluaamus: primum considerandum est, quis sit is quem oramus, & quis sit is qui orat. Si cui cum Cesare sit loquendum, quanta solitudine sese componit, ne quid sit in cultu, in corpore, aut in uerbis, quod Caesaris offendat oculos? Et tamen hic homini cum homine res est, mortali cum mortali. Proinde qui parat adire thronum diuine maiestatis, quam ipse quoque tremunt angelicæ potestates, quanto studio par est ut seipsum componat, ne quid sit quod offendat oculos dei. Regi non loqueris, nisi flexis in terram genibus, & deo loqueris erectus, non dico corpore, sed arrogantia, sed fiducia tui. Hominem regem non audes appellare, nisi pura ueste, pæxo capillitio, loto corpore, ac fortassis etiam uncto, ne quid offendat pudor, & dominum appellas tot modis inquinata conscientia? Multis apud principes mundi dicturis, pudor ac reuerentia sublimitatis, licet humane, uocem simul ac mentem adimit, & tu oscitans ac uelut aliud agens loqueris deo tuo? Deo clamas: Exaudi orationem meam, auribus percipe uerba oris mei, nec ipse percipis interim que loqueris. Ne quid interim loquar de istis, qui lingua sonantes sacras preces, oculis lasciuant animo uersant obscena. Ceterum ne quem ab orando deterreat dei considerata maiestas, illud secum cogitet eundem nulla re maiorem esse, quam misericordia & charitate erga genus humanum. Accedis ad conditorem, sed idem redemptor est.

Psal. 4.

MODVS ORANDI PER

Adis dominum omnium, sed idem pater est ipsi fidentium. Adis iudicē, sed cum, qui filium unicum tradidit in mortem, ut omnes seruaret, condemnaret neminem. Ad is iustum, sed interim tempus datum est misericordiae. Et quoniam iustus est, non potest fallere promissis, promisi autem per filium, se nihil negaturum ijs, qui cum fiducia petunt in nomine filij. Interim & te ipsum contemplare precator. Homūculus accedis ad solium dei. Deo nihil cogitari potest sublimius, homine uero quid abiectius? qui etiam si pius sit, & innocens apud homines, tamen omnium hominum puritas, impuritas est, si ad diuinam puritatem conferatur. Quid igitur hic faciet homo? Erigat sese oportet in altum, ut cum eo qui in caelis habitat, imò qui supra caelos omnes est, atq; ad eo ut melius dicam, qui sublimitatē omnem quae dici uerbis, aut animo cōcipi queat, transcendit, loqui possit. Et noua quadā ratione fit, ut quo magis sese deiecerit, hoc deo fiat uicinior. Procul aberat à deo phariseus ille, qui proximus propitiatorio commemorabat sua beneficia, ac ceteros homines praese fastidiebat. Publicanus, qui procul stans orabat, propius ad deum accedebat. Excelsus enim est dominus, & humilia respicit, alta uero à lōge cognoscit: fastidit fastidiosos, & respicit in deprecationem humilium, & non spernit precem illorum. Vis audire quā res sit sublimis, hominis sese deijcientis deprecatio? Docet hoc sapiēs ille Sirach: Oratio, inquit, humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur: & non descendet donec altissimus respiciat. Est & hodie uidere quosdā super-

Luce. 18.

Ecc̄l. 35.

hos deprecatores, qui cum sint laici, tamen opibus aut
 stemmatis suis turgidi, irrumpunt in chorum sacerdo-
 tum, eosq; non unquam suis depellunt sedibus. Nulla spe-
 cies orantis in gestibus aut uultu, dices illos in thea-
 tro quopiam ostentare sese. Principi datur tentorium
 aureum proxime altare, non unquam & supra. Vidi-
 mus & plebeios homines, depulsis alijs sic ingerentes se
 se ad altare, ut sacrificium contingerent, atque etiam ni-
 dore suo afflarent, quasi deo propiores quam ceteri qui
 procul absistunt, citius exaudirentur. Quinetiam illud
 morientes ambiunt, ut in sanctis sanctorum proxime sum-
 mam aram sepeliantur, quasi deprecationes quae sunt
 pro defunctis, citius ad ipsos quam ad alios puenire sint.
 Dicit aliquis: Quomodo fiet, ut me deijciendo erigam
 ad eum, qui est super omnem altitudinem, & erigendo
 deijciam? Si uis euolare ad deum (nam omnino depre-
 catio uolatus quidam est animae) sarcinam carnis depo-
 nas oportet, & alas induas. Quomodo subuolabit i coe-
 lum animus plumbeo peccatorum onere depressus? Quo-
 modo sese subriget in sublime, qui tanto auri argentique
 degraatur pondere? qui praeter terram nihil habet in
 pectore? qui totus est carneus? Pater tales quaerit depre-
 catores, qui ipsum orent in spiritu. Itaque spiritus fias Iohan. 4.
 oportet, ut spiritus spiritum alloquaris. Si peccator es,
 abijce peccatorum sarcinam, exue peccandi affectus,
 deijce te ipsum in sacco & cinere, cum publicano sub-
 ducito te a sacris, prostratus in terram, tunde pectus:
 cum Magdalena plora demissus ad pedes Iesu, cum Pe-
 tro exi uelut indignus conspectu domini, & amare fle

MODVS ORANDI PER

te, sis in principio accusator tui, nihil aliud appellat,
 quam dei misericordiam, sic à deo recedens, propinquus
 fiet deo. Si criminum mole grauatatus non es, tamen de-
 precaturus sordidas humilesq; curas tantisper abijce,
 dum cum altissimo loqueris: expurga, si quod malicio-
 sentie fermentum resedit in animo tuo aduersus proxi-
 mum, ac leues etiam culpas, sine quibus hæc uita non
 transigitur, dilue. Hinc mos inoleuit apud Christi-
 anos, ut ingressuri sacram eadem orandi gratia, se-
 met lustrent aspersione aque consecratæ. Quin & hoc
 ipsum corpusculum, quod circumferimus multis obno-
 xium infirmitatibus, aggrauat animam, ac terrena in-
 habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et si fas
 est, hic Horatij uerbis uti: Corpus onustum Externis ui-
 tijs animum quoq; degrauat ipsum, Atq; affigit humo
 diuine particulam auræ. Qui diuites sunt in hoc secu-
 lo, uelint, nolint, coguntur frequenter humi repere, pau-
 peres uero hinc interpellat uxor indotata, hinc liberi
 destituti. Cæterum qui simul & uxoris, ac liberorum,
 & affinium cura degrauati sunt, & opibus oneran-
 tur, & honorum ac magistratum mundanorum sar-
 cinam sustinent, ac negociorum undis obruuntur, hi ni-
 mirum piscibus adsimiles sunt, immersi crassiore ele-
 mento, & reciprocis undarũ motibus huc & illuc ua-
 cillantes. Sunt tamen & mundi pisces, qui pinnulas ha-
 bent, quibus nixi, subinde saltu promicant in auram pu-
 riorẽ, quidã etiam uolatũ meditãtur. Quid igitur istis
 suadebimus? Quid? nisi ut orent dominum, ut dignetur
 ipsos euangelico reticaptos pertrahere ad litus uitæ

tranquillioris. Sed quodcūq; genus animantis sit homo, metamorphosim accipiat oportet, ut ex reptili, quadru pede, aut pisce fiat uolucris: fiet autē, si sumat alas columbe, quas optat psalter ille mysticus, qui multis oneribus degrauiatus: Quis, inquit, dabit mihi pennas, sicut colūbe, & uolabo, & requiescā? Imo xia quidem auis est colūba, sed perniciosissimi uolatus. Huiusmodi colūbis Psalm. 54. delectatur in cantico sponsus. Columba eris, si nulli malum incogites, si neminē iudices, si de nullo perperā suspicieris. Verū alas, inquires, unde? Duas indicabo, quibus facile subueharis in coelū: altera est contemptus rerum mundanarū, altera est desiderium rerū coelestium. Altera te submouebit ab his, quae sunt carnis, quēadmodum sacer ille psalter, iam impetratis alis dicit: Ecce elongaui fugiēs, & māsi in solitudine: altera te admouebit throno dei. Felix est solitudo, quae subducit animum nostrum ab omni consortio uitiorum, aut malarum cupiditatum atq; etiam quantum fieri potest, ab omni strepitu solitudinum carnis, ad quas tamen ipsa necessitas nonnunquam reuocat, interdum & fraterna charitas. Vis au dire priorem alam loquentē? Audi, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Audis uotū Rom. 7. gestientis ab his, quae uidentur prorsus auolare. Vis au dire alteram? Quā dilecta tabernacula tua domine Psalm. 83. uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Et, Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Audis affectū aspirantis ad immortalitatis cōubernium. Commonstrauit nobis utranq; alam Paulus ad Colossenses tertio: Si con-

MODVS ORANDI PER

ſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt querite, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite. Habes alam ſubuehentem ad cœlum. Addit, non quæ ſuper terram. Habes alam fugientem. Eam clariuſ indicat paulo inferiuſ: Mortificate ergo, inquit, membra ueſtra, quæ ſunt ſuper terram. Membra uocat cupiditates carnales. Ac mox: Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum. Vetus homo terrenuſ eſt, & ideo ſubuolare neſcit, ſed in terram pronuſ nihil amat aut querit, niſi terrenum. Ceterum quiſquis in nouum hominẽ transformatuſ fuerit, iſ quo niam ea quæ priuſ faciebat plurimi, nunc ducit pro ruderibus: & quæ priuſ exiſtimabat ingens eſſe lucrum, nunc iudicat eſſe damnosa: ex pecude terreſtri, factuſ eſt uolucris cœli, factuſ eſt columba, habetq; duas alas, quibus ſe ſubrigat ad thronum dei. Haſtenuſ conſideratum eſt, quiſ qui rogatur: et quiſ qui rogat. Monet hic temporum ſtatus, ut obiter paucis diſcutiamuſ, ad quẽ ſit dirigenda precatio. Videmuſ autem ſolenneſ eccleſiæ preceſ à priſciſ nobiſ traditaſ, de hiſ ſentio, quaſ collectaſ uocant, pleraſq; dirigi ad patrem, nonnullaſ ad filium, nullaſ ad ſpiritum ſanctum, in omnibuſ tamen fieri trium perſonarum mentionem. Idq; tanta religione uidemuſ à ueteribuſ obſeruatum, ut ne in hiſ quidem, quibuſ multiſ utitur in ferijs Pentecoſteſ, ulla ſit quæ ſpiritum ſanctum appellet. Hoc duntaxat in hiſ, quaſ ſacerdoſ pro toto populo pronũtiabat. Ceterum in cantionibuſ, quaſ populuſ decantabat, non uitatur inuocatio ſancti ſpirituiſ, uelut in proſiſ, hymniſ, & antiphoniſ.

*ris. Tanta erat antiquis religio, ne quid auderent, quod
 diuinis literis non esset expressum. Ideo sere precationes
 omnium diriguntur ad patrem, quia palam & cre
 bro legunt apostolos admonitos, ut patrem cœlestem
 orarent, sed in nomine filij. Et filius in euangelij s fre
 quenter orans, patrem alloquitur, spiritum sanctum
 promittit, non orat. In solo Iohanne cum toties iubean
 tur rogare patrem in nomine filij, semel duntaxat legi
 tur: Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.
 Quanquam hoc pronomen me, non additur in pleris
 que Græcis codicibus, ac ne in Latinis quidem omni
 bus. Certe Theophylactus nec legit, nec interpreta
 tur: haud dubium interpretaturus si legisset, cum illic
 pugnet aduersus Arianos, ex his uerbis: Si quid petie
 ritis hoc faciam, arguens equalem filij potestatem cum
 patre, collecturus idem efficacius, si scriptum fuisset,
 Si quid petieritis me. Quanquam hic obstrepit scru
 pus, qui consistat, ut quis petat aliquid à Christo in no
 mine Christi, nisi forte petimus, ab homine Christo in
 nomine filij dei, tametsi Stephanus in Actis, nihil ue
 ritus est dicere: Domine IESV accipe spiritum me
 um. Proinde hic sermo non eò spectat, ut dubitetur an
 sit inuocandus spiritus sanctus, sed ut dicturus de inuo
 candis diuis, indicem quàm anxia fuerit maioribus re
 ligio suscipiendi, quod autoritate manifesta sacre scri
 pturæ traditum non esset, præsertim in his, quæ supe
 rant humanum intellectum. Eadem religione fuit san
 ctus Hilarius, qui post diuturnū silentium duodecim li
 bris instantissime contendit, ut filium doceat esse uerum*

Capi. 7.

MODVS ORANDI PER

deum, cū solus pater dictus sit in euangelio uerus deus, spiritu sanctū nusquā quod sciam audeat promuntiare deum, nec adorandū proficitur, sed promerendū: eundem creaturā reueretur dicere, cum Hieronymus nō ueretur filiū dei promuntiare creaturā. Nos diligētius excussis sacris uoluminibus, ac maiorum autoritate freti, nō ueremur filiū dei appellare uerū deū, & ad illum nostras preces dirigere, non hoc animo quasi quicquam possit dare filius, quod nō daturus sit pater, sed q̄ persuasum habeamus, filiū idē uelle, idē posse, quod uult et potest pater, quanq̄ pater autor & fons est omniū. Et fortassis hæc est bona pars Christianæ religionis, in rebus diuinis uenerari omnia, nihil aut̄ affirmare, præter id quod in sacris literis palā expressum est. Iam quanq̄ satis cōstat, & apud ueteres orthodoxos, inuocationem sanctorum fuisse, præcipue martyrum, tamen illud inter plerosq; cōuenit, ex scripturis canonicis doceri non posse, sanctorū inuocationē esse necessariā. Nec in sollemnibus precibus ulla presatio dirigitur ad sanctū aliquē, sed uel à patre, uel à filio petitur, ut illorū intercessio ac merita prosint, eorū memoriā pie colentibus, ac uestigijs illorum ingredi studentibus. Nullus aut̄ sanctorum est, qui dicere possit, quicquid petieritis à patre, in noīe meo, aut si quid petieritis à me, hoc faciā. Sana-runt egrotos apostoli, suscitauerunt mortuos, sed in noīe IESV, sed inuocato patre, cuius nomen etiam si nō exprimitur, tamen inuocatur in filio, quemadmodum & clarificatur in filio. Nunc duplex mouetur quæstio: An piū sit inuocare sanctos, & an sit tolerandū. Etenim bis

D. ERASMV M ROT.

qui contēdunt, ideo non ferendā sanctorū inuocationē, quod id nobis non tradat aperte sacrarū literarum auctoritas, respōderi poterat, probabilius colligi, si scriptura nec precipit, nec uetat, ideo nec exigēdam, ut necessariam, nec prohibendam ut impiam. Quandoquidem ipsa rei natura, cū impietate coniuncta nō est: ut interim hoc istis largiamur quod assumunt, nihil exigi posse cōstitutionibus hominū, quod non expressum sit in literis canonicis. Hoc certe dogma fallit in perpetua uirginitate Marie matris IESV: que cum sacrarū scripturarum euidentibus testimonijs doceri non possit, tamen quoniam magno consensu nobis à priscis orthodoxis tradita est per manus, nemo tolerandum existimaret, qui asseueraret, illam edito domino post à uiro cognitam fuisse: ac fortasse ne illum quidē, qui hac de re ambigeret. Quod si responderint, ideo non tolerandum hunc asseueratorem aut dubitatorem, quod probabile opinionem, iam olim magno consensu gentium probatā conetur conuellere, id quod absque turbatione publicæ tranquillitatis, magnoque Christiani gregis offendiculo fieri non potest: obijci poterit, & sanctorum inuocationem simili consensu traditam à priscis orthodoxis, eoque non leuiori scandalo posse labefactari. Non hic audiam istos, qui obijciunt exemplum erroris inueterati. Aliud est, quippiam quocunque modo inoleuisse: aliud est, rem naturā piā ab his fuisse traditā, qui uicini fuerunt temporibus apostolorum, magnoq; & longo totius orbis Christiani consensu fuisse comprobatam. Nec mihi uidetur leue argumentum, quod

MODVS ORANDI PER

*Hieronimus adfert, pugnans aduersus Vigilantium. Si
 pij dum adhuc mortale corpus circumferentes nec om-
 nino carent peccatis, & egent alienarum precum in-
 tercessione, tamen audiuntur orantes pro fratribus,
 quanto magis credendum est, eosdem iam iuxta morta-
 litate, omnique uitæ huius contagio liberos, posse ali-
 quid apud deum, præsertim cum neque fraternam cha-
 ritatem, neque nostri studium cum uita posuisse creden-
 dum sit. Certe dubitari non potest, quin hi qui iam in cœ-
 lis agunt, uotis ardentissimis optent salutem omnium,
 qui Christi nomen profitentur. Et si cum in uiuis essent,
 orabant etiam pro his, qui erant à Christo alieni, atq;
 adeo pro ijs à quibus affligebantur & occidebantur,
 qui consentaneum est eosdem nunc nec pro fratribus
 periclitantibus orare, nec quicquam apud deum posse
 pro cuius amore sese tradiderunt in mortē? Et si pie fa-
 ciebat, qui Paulo in terris agenti dicebat: Ora pro me
 dominum: impius habebitur, qui totidem uerbis appel-
 let eundem nunc agentem in cœlis. Si responderint,
 hic esse statum promerendi, post hanc uitam non item,
 regeri poterit in eos ipsorum dogma, siquidē hoc quod
 asserunt non est expressum in sacris literis, uidelicet
 post hanc uitam pios nihil promereri. Etsi demus san-
 ctos uita defunctos nihil promereri, certe pius ille affe-
 ctus non potest non esse deo gratissimus, quo sanctos a-
 more Christi ueneramur, imò in quibus Christū ipsum
 ueneramur. Et ideo imploramus illorum intercessio-
 nem, quod nos uindicemus indignos, quideū ipsum ap-
 pellemus, ac persuasum habemus, deo qui hic multa*

D. ERASMV M ROT.

nobis per sanctos suos largitur, quæ per se dare poterat, etiam hoc esse placitum, ut per eos quos iam dignatus est regni sui consortio, multa nobis largiatur. Vivos pro uiuis orare uoluit, ut inter omnes aleret tuam charitatem: sic eorum quos iam dignatus est cælo, uota nobis prodesse uoluit, quo magis illorum uitam studeamus emulari, & ad illorum consortium properemus euolare, quorum intercessionem sentimus nobis efficacem. Iam quod adferunt ex epistola Pauli ad Timotheum: Vnus enim deus, unus & mediator dei & homo CHRISTVS IESVS, si quis urgeat simplici sententia, excludet etiam precationem, qua mortalis orat pro mortali. Etenim si solus dominus IESVS intercedit inter deum & homines, quare hic queritur intercessor, qui intercedat apud intercessorem? Quod si ratio est, cur mortalis aliquid flagitet à deo pro hominem mortalem, quod tamē à deo citra ullū intercessorem peti poterat, probentur & cause, cur per sanctos qui in cælis sunt, aliqd flagitemus à domino. Nodū hūc sic explicant quidā, ut fateatur ex uerbis Pauli nō futurum fuisse licitum, quenquam sanctorum inuocare præter Christum, nisi scriptura manifeste prodidisset exceptionem. Quandoquidem orandi formam talem præscripsit dominus, ut quisquis ea utitur, non solū pro se, uerum etiam pro alijs oret. Et in hoc ipso loco, quem ex Paulo retulimus, præcipitur ut fiant obsecrationes, orationes, postulationes pro omnibus quidē hominibus, sed præcipue pro regibus, & in dignitate publica constitutis. Dominus autem præcipit ut oremus etiam pro

MODVS ORANDI PER

inimicis . Caterum quoniam nusquam in sacris literis extat exceptio de sanctis uita defunctis inuocandis, arbitrantur irreligiosum, audere quod illarum autoritate traditum non est, multo etiam irreligiosius exigere. At mea sententia, Paulus nequaquam hoc illic agit, ut dum unum intercessorem pronuntiat, dominum Iesum, excludat intercessionem sanctorum, sed ut declaret, CHRISTVM pro omnibus gētibus esse mortuum, neq; cuiquam in alio ponendam esse salutis spem. Nam Iudei Christum abnegantes, fidutiam habebant in Mo se & Abraham, aut alium quendam Messiam expectabant præter CHRISTVM. Et pleriq; Iudeorū qui CHRISTVM agnoscebant, non patiebantur gentes ad euangelicæ gratiæ consortium recipi, quod cum prædicarent uni genti Iudeorum seruadæ missum. Hoc Paulus gentium apostolus refellit, posteaquam enim iusserat orare pro omnibus hominibus, addidit: Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, unus enim deus, & unus mediator dei et hominum, homo CHRISTVS IESVS, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est: In quo positus sum ego, prædicator & apostolus, ueritatem dico non mentior, doctor gentium in fide & ueritate. Vnaqueque natio suos habebat deos, soli Iudei gloriabuntur suo deo, quasi is non esset deus omnium gentium, ideo dicit, unus est deus seruator omnium, & unus est reconciliator dei & hominum, qui mortuus est pro omnibus,

sine exceptione personarum. Talis intercessor unus est, & idem unus est oim communis, sic unus est dei filius, & tamen is dicitur habere multos fratres, nimirū & ipsos dei filios. Quēadmodū igitur unicus filius nō excludit filios dei à cōsortio noīs, itidem unus intercessor nō excludit alios intercessores, siqdem hic solus erat, in quo erat pater, mundū reconcilians sibi, & per quē ualent ceteri sancti, si qd ualent. Postremo donemus ex suo pfluuo sanctos ociosos frui Christo, neq; nobis suis suffragijs prodesse posse, certe meretur explodi pius ille hoīs affectus, quo sibi totus displicēs, nō audet attollere oculos ad thronū glorię dei, sed ad aliquē sanctorū confugit, quē putat esse deo gratum, sempq; uersari cū deo, atq; hunc eo maiore fidutiā compellat peccator, quod sciat illum quoq; fuisse peccatorē, ac dei misericordiā consecutum. Neq; enim Christus damnauit affectū mulierculę, sanguinis pfluuiio laborātis, quod indignā sese indicasset, ut Christū ipsum palā adiret, sed contigit fimbriam uestis illius, & sanata est. Omnes sancti, Christi membra sunt. Si p fimbriam attactam dat beneficium, mirū est si dat per sua membra? Christus nullam suam uestem subduxit in cœlum, mēbra sua subduxit. In actis apostolorū legimus, sanatos egrotos, quos umbra corporis illorū attigisset, & à demonijs quoq; liberatos, q cōtacti fuisset sudarijs, & semicinctis, quę cōtigissent corpus apli Pauli. Harum rerum tota gl'a debebatur deo. Dices, cur igitur hanc gloriam tribuebat discipulis? qā sic ipse pater uoluit glorificari p filiū, sic filius p discipulos, et sic expediebat nobis, quo magis agnoscere

Actuum. 5.

MODVS ORANDI PER

*mus illam ab apostolis nobis traditam sanctorum com-
 munionem, quæ non solum uiuos, uerumetiam pijs de-
 functorum animas, atque ipsos etiam angelicos spiri-
 tus complectitur. Age si quis subinde salutet angelum sui
 custodem, commendans illi uota sua CHRISTO perfe-
 renda, num is dignus uidebitur, qui reprehendatur? nõ
 opinor, et tamen angelus nihil aliud est quàm minister.
 Siquis respõdeat: Quid opus est hæc dicere angelo, cū
 liceat compẽdio dicere CHRISTO: Accipe uota mea?
 huic uicissim obijciam: Quid opus erat nobis angelos
 addi pædagogos, cum deo protectore fuerimus satis tu-
 ti? Sic deus uoluit nobis & angelos commendari, sic uo-
 luit suam erga nos charitatem per angelorũ erga nos
 ministerium illustrari. Quod pie dicitur angelo, cur nõ
 pie dicitur Petro & Paulo? Ipsa rei natura nullam ha-
 bet spẽm impietatis. Primum est credere, animas san-
 ctorum supstitites esse suis corporibus. Christianum est
 credere, illas iam uiuere cum CHRISTO, iuxta Pau-
 li uotum: Cupio dissolui & esse cum CHRISTO. Pium
 est credere, illos esse CHRISTO gratissimos, pro quo
 uolentes uitæ dispendium fecerunt. Nec impium est cre-
 dere CHRISTVM & illorum memoriam nobis uelle
 sacrosanctam esse, & se per illos iam immortalitate do-
 natos glorificari uelle, per quos adhuc mortales nomen
 suum glorificari uoluit. Pium est igitur credere, deum
 nobis quædam per illos largiri uelle, per quos conuer-
 tit orbem terrarum, per quos iudicaturus est mūdum.
 Quod si crebra sanctorũ inuocatio, simul & fidei ex-
 ercitatio est, et charitatis redintegratio, & sp̃ei nostræ*

Philip. 1.

confirmatio, quid causæ est, cur eam existimemus reprehendendam? Si prosunt alijs merita militantium, quanquam sunt qui prædicent nulla esse merita, nusquã usui erunt merita regnantium? Nemo negabit sanctos perpetuo teneri desiderio salutis nostræ. Atq; hoc ipsum est intercedere, id illorũ uotum, ut ratum sit precamur. Nunc audire mihi uideor, quos frequenter audio dicentes, ideo cobibendam sanctorum inuocationem, quod obscuret gloriam CHRISTI, in quem unum tota nostra fiducia transferenda est. At ipse Christus nihil metuens iacturam suæ gloriæ, ausus est promittere discipulis suis, si quis in ipsum credidisset, non solum ea facturum quæ fecisset filius, patre in ipso operante, sed his etiam maiora facturum. Sic enim illi uisum est communicare suam gloriam, quibus dignatus est communicare regnum suum, & quorum non dedignatus est fieri minister. Porro autem, cum diuorum cultus tribus rebus potissimum constet: imitatione uitæ, honore, inuocatione, quem admodum non inficiamur perfectissimum pietatis exemplar esse in Christo nobis editum, ita non arbitramur eos esse damnandos, qui Christum in sanctis imitantur, in quibus illius dona refulserunt. Rursum, quemadmodum ingenue fatemur, et summũ cultum, & gloriam omnem ad deum esse referendam, ita non arbitror improbandam ecclesiæ consuetudinem, quæ dicatis templis, quæ consecratis diebus festis, quæ solennibus canticis toto terrarum orbe sanctorum memoriam ueneratur, Christum in membris suis uene-

MODVS ORANDI PER

rans, in quibus & ipse gloriosus esse gaudet, per quos apud homines glorificatum est nomen ipsius. Postremo quemadmodum ingenue confitemur, in CHRISTO salutis nostræ summum presidium esse collocandum, per quem pater coelestis uoluit nobis omnia largiri, ita non uideo cur obstrepi debeat quorundam religiose modestiæ, qui reuerenti dominicæ sublimitatis magnitudinē, adhibent sanctum aliquem intercessorem, cuius fauore commendentur apud deum, fortassis auersum. Etenim ut imitandis sanctis, non detrahatur perfectissimo pietatis exemplari, quod est in Christo IESU, quemadmodum scribit Paulus: Imitatores mei estote, sicut ego IESU Christi. Rursum, ut in honorandis sanctis non detrahatur gloriæ dei, sed augetur potius, quod in sanctis nihil aliud ueneremur, quàm ipsius dei dona, à quo proficiscitur omne datum optimum, & omne donum perfectum, ita in inuocandis sanctorum suffragijs non minuitur CHRISTI summi intercessoris autoritas, non profecto magis, quàm si quis sibi parum bene conscius, proinde reueritus regis conspectum, subornaret deprecatores, quos sciret regi gratissimos esse. Primum hic ipse pudor hominis, quo & suam indignitatem agnoscit, & regis magnitudinē reueretur, reddit illum regi commendatiorem. Nec raro fit, ut princeps per alios dare malit quod petitur, nimirum si quæ sunt, quibus apud populum uelit hoc pacto gratiam & auctoritatem conciliari. Cæterum hanc mortalium pietatem deo gratam esse, uel ipsis factis abunde testatus

Corin. 12.

est ad sepulchra martyrum, ad implorationem sanctorum, tot miraculis editis, liberatis demoniacis, sanatis egrotis, excitatis mortuis, nec enim arbitror ququam fore tam impudentem, qui contendat omnia fabulas esse, quæ tot egregij scriptores ecclesie magno consensu tradiderunt, etiam si fateamur, in hoc genere per multa confingi. Hic, opinor, aliquis incipiet commemorare, quanta sit quorundam in colendis, inuocandisque diuis superstitionis, qua de re nos quoque frequenter admonuimus in libris nostris. Multi petunt à diuis, quod à probo uiro non auderent petere, nec eos arbitrantur audituros, nisi certis quibusdam ritibus, ueluti magicis deliniantur: & quod ab hoc petunt, non audent ab alio petere, quasi singulis certa quedam officia designata sint, quemadmodum aliæ causæ deferuntur ad centumuiros, aliæ ad prætores, aliæ ad senatû, aliæ ad Amphictiones, aliæ ad Arcopagitas. Quidam sic petunt ab illis bonam mentem, quasi talium rerum autores sint, non intercessores. Verum huiusmodi superstitionis, ut sunt res mortalium, aut ferenda est, si non exeat in impietatem, aut citra tumultum quoad licet corrigenda: nec ob quorundam stultitiam, id damnandum quod per se rectum est, sed quod inest uitij corrigendum. Nec enim quia nonnulli perperam ac supra modum honorant sanctos, ideo prohibetur illorum pius ac moderatus cultus: nec quia quidam in sanctis imitantur, quod uitandum erat, ideo prohibemur imitari uitam sanctorum. Itidem superstitionis multorum, qui

MODVS ORANDI PER

fecus inuocant sanctos quàm oportet, efficere non debet, ut in totum reprobetur illorum inuocatio, alioquin uitanda esset euangeliorum lectio, quod ex hac nonnulli concipiunt hæreseos semina, & interdicens esset, inuocatio domini IESV, quod hi quoque nomen illud inuocant, qui magicam exercent. Error coarguendus est, simplicitas monenda est, superstitio corrigenda est, si talis est, ut tolerari non debeat, qualis est cultus diui Vuinoci apud Flandros, qui ab illis, ritibus quibusdam parum sanis colitur. Et tantum ualet inolita consuetudo populi, ut nec episcopi, nec magistratus possunt tollere. In ostentandis sanctorum reliquijs, quantum in plerisque locis superstitutionis est: in Anglia offerunt osculandum calceum diui Thomæ, quondam archiepiscopi Cantuariensis, qui fortè calceus est alicuius balatronis: & ut sit, quid ineptius quàm adorare calceum hominis? Vidi ipse, cum ostentarent linteola lacera, quibus uir ille dicitur abstersisse muccum narium, abbatem ac ceteros qui astabant, aperto scriniolo uenerabundos procidere ad genua, ac manibus etiam sublatis, adorationem gestu representare. Ista Iohanni Coletto, nam is mecum aderat, uidebantur indigna, & mihi ferenda uidebantur, donec se daret opportunitas, ea citra tumultum corrigendi. Rursum, in publicis supplicationibus, ac pompis ecclesiasticis, quantum uidemus apud quasdam gentes superstitutionis? Vnusquisque opificum ordo circumfert suos diuos, ingentes mali portatur à multis sudatibus, quos oportet

tet identidem refocillare potu. Quaedam statue cur-
 ru uebuntur, representantur persone, gesta que diuo-
 rum ac diuarum: atque interim multa ridicula tum fi-
 unt, tum etiam dicuntur: & tamen quanquam docta
 pietas cuperet hæc esse sublata e moribus Christiano-
 rum, tamen tolerat, quoniam percipit sine tumultu
 corrigi non posse, leuiusque ducit tolerare malum,
 quam adhibere remedium. Quanquam hæc quoque qua-
 liaqualia sunt, moderatius ferunt, qui sciunt ac repe-
 tunt, à quibus exordijs ea profecta sunt. Sunt enim ista
 uestigia ueteris paganisimi. Olim in sacris ludis circum-
 ferebantur Bacchus, Venus, Neptunus, Silenus cum
 Satyris: & difficilius erat in Christianorum uita mu-
 tare professionem, quam publicam consuetudinem. Ita-
 que religiosi patres arbitrabantur magnum esse pro-
 fectum, si pro talibus dijs, circumferrentur statue pi-
 orum hominum, quos miracula declarabant regnare
 cum CHRISTO. Si superstitiosa consuetudo cursi-
 tandi cum facibus in memoriam raptæ Proserpinæ, uer-
 teretur in religiosum morem, ut populus Christianus
 cum accensis cereis conueniret in templum in honorem
 MARIÆ uirginis. Si qui prius in morbis inuoca-
 bant Apollinem, aut Aesculapium, nunc inuocarent
 sanctum Rochum, aut Antonium: si que prius petierât
 uterum ac felicem partum à Iunone ac Lucina, pete-
 rent idem à sancto Iudoco, aut alio quouis diuorum: si
 qui consuessent rem domesticam tutandam & augen-
 dam, Lari, Mercurio, aut Herculi commendare, com-

MODVS ORANDI PER

mitterent sancto Erasmo, aut Nicolao: si nautæ pro Venerere & Geminis, inuocarent uirginem matrem, eiq; pro impijs hymnis, canerent nauticam cantionē, S A L ue regina: si qui segetem stultissimis ritibus lustrare consueuerant, aut Cererem puerorum ac puellarum cantu delinire, circumferret per agros uexillum crucis, hymnos modulantes in laudem dei ac diuorum: si pro Ioue sospitatore, miles ingressurus bellum, sese committeret diuo Georgio aut Barbaræ: si ciuitates singule pro tutelarijs dijs, adoptarent Bauonem, Marcum, aut alium quempiam è numero discipulorū Christi: si qui populus pŷmatis, aliisue profanis ac superstitiosis remedijs solum arcere, aut procurare consueuerant sonitu consecratarum nolarum, aut suffitu consecratarum frondium idem facerent: si qui prius magicis artibus dolori cordis medebantur, iam admoto codice euangelico mederentur: aut qui post auditum primum in Maio coccyem, consperso per cubiculum puluere, quem circumscripto dextri pedis uestigio sustulissent, pulices ac pediculos profligare consueuerant, idem facerent illata diui Francisci tunica: si qui capitis impetigini & alopecijs, superstitiosis remedijs subuenire consueuerant, idem facerent admoto pectine, qui fuit CHRISTO cum matre communis, quem audio Treueris etiam nunc ostendi. Si qui ad bellum se gladijs fortunatis & indusijs incantatis, solent armare, iam sese muniret ligno crucis. Hæc tolerata sunt à patribus, non quod in his esset Christiana religio, sed quod ab illis que com-

memorauimus, ad hæc profecisse, magnus pietatis gra-
 dus uideretur. Eadem ratione tolerate sunt imagines,
 quas ueteres ecclesie proceres aliquot, uehementer de-
 testati sunt, odio uidelicet idololatriæ. Gaudebant igi-
 tur populum huc profecisse, ut pro deorum simulacris
 uenerarentur imagines IESV seruatoris, & aliorum
 diuorum. Quâquam harum usus iam in immensum pro-
 gressus est. Nec tamen ideo profligandæ sunt imagi-
 nes omnes è templis, sed docendus est populus, quemad-
 modum his conueniat uti. Quod inest uitij, corrigen-
 dum est, si fieri potest absque graui tumultu: quod inest
 boni, probandum est. Optandum esset, nihil in templis
 Christianorum conspici, nisi Christo dignum. Nunc il-
 lic uidemus tot fabulas ac nenas depictas, ut septem la-
 psus domini IESV, septem gladios uirginis, aut eiusdẽ
 tria uota, aliâq; id genus hominum inania cõmenta, de
 inde sanctos nõ ea forma representatos, quæ ipsis digna
 sit. Siquidem pictor expressurus uirginem matrem,
 aut Agatham, nonnunquam exemplum sumit à lasci-
 ua meretricula: & expressurus Christum aut Paulum,
 proponit sibi temulētum quempiam, ac nebulonẽ. Sunt
 enim imagines, quæ citius prouocant ad lasciuiã, quàm
 ad pietatẽ: & hæc tamen à nobis tolerantur, quia plus
 uidemus mali in tollendo, quàm in tolerãdo. Videmus
 quedam templa foris & intus plena nobilitum insigni-
 is, clypeis, galeis, leonibus, draconibus, uulturibus,
 cambus, tauris, bubalis, onocrotalis, uexillis ab hoste
 direptis, uidemus locum occupatum ambitiosis diuitum

MODVS ORANDI PER

monumentis, solum inæquale factum & ad ingredien-
dum inhabile, quasi uel mortui studeant graues esse po-
pulo, hæc si feruntur in templis potius, quàm laudan-
tur, arbitror & diuorum imagines recte tolerari. Sed
iam tempus est, ut ad id quod instituerat, recurrat. Ha-
bes quis sit orandus, & quis sit qui orat, quanquam de
hac posteriore particula nonnihil attingemus in fine.
Nunc uidendum est quid sit orandum. Hic non omnino
male quidam ethnicus admonuit: Orandum est, ut sit
mens sana in corpore sano. Nam uulgus hominum se-
penumero pro salutaribus petit nocitura. Ceterum re-
cte uisum est hoc orthodoxis patribus, nihil omnino pe-
tendum à deo, præter ea quæ nobis in oratione domini
ca præscripsit dominus, aut quæ ad aliquam eorum par-
tem spectant. Nec dubium est, quin ea primum peten-
da sint, quæ ad dei gloriam & salutem hominum eter-
nam conferunt, quæ tum ad publicam utilitatem perti-
nent, potius esse petenda, quàm quæ ad cuiusq; priuâ-
tam. Neq; tamen fas non est hæc temporalia commo-
da, quorum inopia molestiam adfert, aut incommoda-
rum temporalium depulsionem à deo, petere, si modo
petentis animus non aliò spectet, quàm ad scopum eter-
ne salutis, ueluti si quis petat à deo corporis bonam ua-
letudinem, ne grauis sit fratribus, aut ut possit utilitati
proximorum commodius inseruire. Si quis petat episco-
po longæuam uitam, quod intelligit illius doctrinã ad
mores cõducere gloriæ dei, & utilitati gregis. Ita Pau-
lus iubet orare p. regibus etiam idololâtris, non ut sub

illis ditescamus, aut uoluptatibus corporis indulgeamus, sed ut quietam, inquit, ac tranquillam uitã agamus in omni pietate & castitate. Sic recte petimus liberis nostris uitam, non ut in illis gloriemur, sed ut sancte educati, proficiant in religione Christiana. Proinde cum eterne salutis uotum oporteat esse perpetuum, in his petendis quæ sunt huius uitæ, semper debet subesse conditio, si uelit deus, & si expedit saluti nostræ. Non enim peccat qui deprecatur, ut liberetur à molesto morbo, modo sic oret: Domine salus omnium uiuentium, si fieri potest, aufer hūc molestum morbum à me, ueruntamen fiat uoluntas tua, non mea. Si tu, quem nihil fugit, iudicas hunc morbum ad eternam salutem esse necessarium, tracta me ut uisum est tuæ sanctæ uoluntati, tantum imparti robur ac uires, ut queam perferre, faciasq; cum tentatione prouentum, ut possim sustinere. Quoties igitur precamur pacem, deprecamur bellum: quoties petimus salubritatem cœli, deprecantes pestilentiam: quoties postulamus huberem ammonæ prouentum, deprecantes penuriam: quoties petimus animi tranquillitatem, deprecantes tentationem, etiam si non eueniat quod petimus, ne putemus non exauditas preces nostras. Exaudiuntur si, quæ deprecamur magis faciunt ad supremum illum scopum, quàm ea quæ deprecamur. Frequenter etiam magis expedit nobis egere quàm abundare: uexari bellis ac persecutionibus, quàm frui rebus secundis: egrotare quàm recte ualere, mori quàm uiuere, tentari quàm non impeti tentatione. Au

1.Tim.2.

MODVS ORANDI PER

dit Paulus: Sufficit tibi gratia mea, & gloriatur in in-
 2. Corin. 12. firmitatibus suis. Hunc secuti gratias agamus, & nos
 deo, si quando pro iucūdis maluit nobis dare salutaria.
 Ceterum quisquis in hoc petit bonam ualeitudinem cor-
 poris ut amica, quā nequiter amat, placeat: aut uires,
 ut ulciscatur eum quem odit: aut longeuitatem, ut diu
 fruatur hoc mundo, nullam opinor portionem inue-
 niat in precatione dominica, ad quam uotum hoc su-
 um referat. Qui postulat ingenij uires à deo, recte fa-
 cit, iuxta Iacobi monita dicentis: Qui indiget sapien-
 1. Iacobi. 1. tia, postulet à deo. Sed qui in hoc postulat, ut inter hu-
 ius mundi rabinos magni fiat, excidit à præscripto do-
 12. Psal. 12. minica præcationis. Orat David: Da mihi intellectum
 domine, sed quid addit: ut discam mandata tua. Iam in
 his quæ recte petuntur à deo, non raro peccatur ordi-
 ne. Peccat quæ frequentius & instantius à deo petit opes,
 aut corporis bonam ualeitudinem, quàm fidem & cha-
 ritatem, aut sacræ scripturæ cognitionem, quarum re-
 rum ut oportet primam esse curam, ita præcipuam de-
 cet esse mentionem in precibus. Nunc uidemus in his
 apud uulgus ordinem haberi præposterum, apud quos
 dam ne mentionem quidem fieri eorum quæ uel sola fu-
 erant postulanda, sed longius aberrant à præscripto
 CHRISTO, qui uel impia petunt à deo, uel perniciose
 proximis. Cum miles conductitijs orat, da ut spoliatis
 templis & innoxijs agricolis onustus redeam domum
 sacrilega præda: cū impius medicus orat, multos cor-
 riptat morbus, aut qui egrotant diu egrotent, ut mihi

questus sit huberior: cum hæres orat, moriantur nimum uiuaces cognati, ut mihi cito obueniat hereditas. Has preces quoniam à carne, non à spiritu proficiuntur, non audit spiritus deus, aut si audit, precantiũ malo audit, prouocant enim iram dei. Sic audinit uota populi Israelitici flagitantis regem, quemadmodũ, ut est in apologis, Iupiter annuit flagitationi ranarum, p tra be petentium regem magis impigrum, & accepere ciconiam. Sed sceleratior est illorum precatio, qui stimuli liuore sibi ipsis male precantur, ut fratri quẽ oderunt sit peius, quemadmodum est in apologis de duobus negociatoribus, quorum alter inuidebat alteri, quibus cum Mercurius deferret, ut, quoniam cum deo commercium habuissent, peteret alteruter illorum quicquid uellet, alterum qui non petisset, duplum eius latuum quod alter optasset, uterque detrectabat petere. Tandem urgente Mercurio, alter petijt ut sibi periret unus oculorum, sperans futurum ut alteri periret uterq;. Atque hæc quidem ridentur in apologis, uerum serio desilentur in uita mortalium, atq; adeo, quod ẽ grauius, Christianorum, si modo tales huius nominis honore digni sunt. In his non solum reperias, qui hac lege cupiunt esse lufci, ut is cui male uolunt fiat cæcus, uerum etiam qui inimici mortem sua morte cupiunt emptam, qui inimici infamiam, sue fame exitio mercari pperent. Quid igitur istis faciẽdam est? Monendi sunt ut multis cũ lachrymis orent deum, ut à talibus uotis liberentur, per que miscriores sunt, quã essent his gra-

MODVS ORANDI PER

*uati malis quæ alijs imprecantur. Miles enim qui tem-
 pla, qui domos innocentium diripit, infelicioꝛ est sua pra-
 ua cupiditate, quàm is qui spoliatur sua calamitate. Me-
 dicus qui mortem optat alijs, longe miserior est auari-
 tie malo, quàm alijs suo morbo. Inuidus qui male preca-
 tur proximo, multo infelicioꝛ est suo uoto, quàm si ma-
 lum hoc haberet, quod alijs imprecatur. Constat igitur
 nihil à deo petendum, quod non referatur ad aliquam
 septem dominicæ precationis partium. Quicquid peti-
 mus quod spectat ad diuini nominis gloriam, ad primam
 particulam pertinet: Sanctificetur nomen tuum. Quic-
 quid ad propagationem & consummationem euangelij,
 ad secundam refertur: Adueniat regnum tuum. Quicquid
 ad obseruationem præceptorum dei, ad tertiam pertinet:
 Fiat uoluntas &c. Quicquid ad corroboracionem ac pro-
 fectionem spiritus nostri, aut etiã ad necessitatem huius
 uitæ, ad quartam refertur: Panem nostrum &c. Quicquid
 ad fraternam concordiam & pacem cum deo seruan-
 dam pertinet, quarum hæc constat misericordia dei, quo-
 tidianis lapsibus nostris clementer ignoscentis, illa faci-
 litate condonandi, si quid proximus in proximum deli-
 querit, ad quintam spectat: Dimitte nobis debita nos-
 tra &cetera. Quicquid pertinet ad impetranda præ-
 sidia coelestis gratiæ, quibus munimur aduersus insultus
 demonum, carnis mundi, ad sextam refertur: Et ne nos
 inducas. Quicquid pertinet ad finienda mala omnia, &
 consummationem nostræ felicitatis, quæ perfecta non
 contingit, nisi post hanc uitam, ad ultimam portionem*

D. ERASMV M R O T.

ſpectat: Sed libera nos à malo. Reſtat expediendum, qđ
quarto loco polliciti ſumus, quo modo ſit orandum. Vbi
primum illud in queſtionem uocatum eſt à priſcis, an
ſas ſit alijs uerbis orare, q̄ habet formula nobis à Chri-
ſto præſcripta, cū ſatis conſtet, nihil petendum, quod in
hac formula nō cōtineatur. Nec difficilis eſt huius que-
ſtionis ſolutio, cū ex euangelicis literis conſtet, dominū
ipſum alijs uerbis oraffe, uelut Iohan. capit. 17. Pater, ue-
nit hora, clarifica filiū tuū, ut filius tuus clarificet te. Si
cut dedisti ei poteſtatem omnis carnis, ut omne quod de-
diſti ei, det eis uitam æternam, & cætera que ſequun-
tur, non paucis uerbis nihil aliud orant, niſi quod in ora-
tione dominica paucis dicitur: Sanctificetur nomen tu-
um. Rurſum in horto: Pater, ſi fieri poteſt. & cæ. Quid
aliud orat, quàm ut fiat uoluntas patris in oībus. Quin
& diſcipuli ſic orant: Tu domine qui corda noſti hoīm.
Rurſus orant alijs uerbis, capite. 4. Domine qui feciſti
cœlum & terram, mare & omnia & c. Præterea cum
pleriq; pſalmi nihil aliud habeāt quàm deprecationes,
non ueretur tamen eccleſia per pſalmos ſua uota offer-
re domino, qđ certo ſciat, qđ in pſal. qcqđ habetur, li-
cet diſcrepet à uerbis, non diſcrepat tamen à ſententia
dominicæ precationis. Etenim ſi quis oret uerbis Eccle-
ſiaſtici: Miſerere noſtri deus omniū, respice nos & oſtē Eccleſ. 36.
de nobis lucem miſerationum tuarum, & immitte timo-
rē tuū ſup gentes, que non exquirunt te, ut agnoſcant,
quia non eſt deus niſi tu, ut enarrent magnalia tua: Al-
licua manum tuam ſuper gentes alienas, ut uideant po-

MODVS ORANDI PER

tentiam tuam. Sicut enim in conspectu illorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis, ut cognoscant te, sicut nos cognouimus, quia non est deus præter te domine. Innoua signa, & immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dextrum, pluribus quidem uerbis alijsq; , sed tamen nihil aliud petierit, quàm quod tribus uerbis petebant apostoli: Sanctificetur nomen tuum. Nec aliud petierit, qui dixerit uerbis Psalmistæ: Omnes gentes quasunque fecisti, ueniant & adorent te domine, & glorificent nomen tuum. Quoniam magnus es, & faciens mirabilia.

Psal. 85.

Tu es deus solus. Aut qui sic oret: Exaltare super cælos deus, & in omni terra gloria tua. Qui mystico sensu dixerit illum è psalmo uersiculum: Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ: diuersis quidem uerbis, sed tamen idem orarit, quod orabant apostoli, dicentes: Adueniat regnum tuum.

Psal. 103.

Huc pertinet quod in psalmis aut prophetis dictum est, de subigendis aut proterendis hostibus genti Israëliticæ, de stabilienda & ædificanda Hierosolyma, de regno Dauid & Solomonis sempiterno. Siquidem constat huiusmodi typis significari regnum euangelicum, & ecclesiam CHRISTI. Item qui sic orat: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non domine tur in me omnis iniustitia. Aut sic: Deduc me domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua: Letetur cor meum ut timeat nomen tuum. Nihil diuersum orat ab eo: Fiat uoluntas tua, sicut in cælo & in terra: qui sic orat:

Psal. 118.

Psal. 85.

D. ERASMV M ROT.

Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed tantum tribue uictui meo necessaria. Aut qui sic: Da mihi domine sedium tuarum asistricem sapiētiam. Aut qui sic: Seruustuus ego sum. Da mihi intellectum domine, ut discam mandata tua: non aliud petit, quàm qui dicit: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Nam ut panis nomine comprehenditur, quicquid ad huius uitæ corporalem necessitatem pertinet, ita quicquid animum corroborat, panis est, sed præcipue sermo domini. Qui sic orat: Memento domine David & omnis mansuetudinis eius. Et, Domine si feci istud, si est iniquitas in manibus meis: Si reddidi retribuētibus mihi mala. Consentit cum eo quod dicitur: Et dimitte nobis debita nostra. Rursus qui sic orat: Ne tradas bestiis animas confitentium tibi. Aut, Ne tradideris me in animas tribulantiū me, quoniam insurrexerunt in me. Aut, Eripe me domine ab homine malo. Et, Ne tradas me domine à desiderio meo peccatori, cogitauerunt contra me, ne derelinquas me. Aut sic, Domine pater & deus uitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno, & consilio eorū ne sinas cadere in illa exprobratione. Extollētiam oculorū ne dederis mihi, et omne desiderium prauū auerte à me. Aufer à me uētris concupiscentiam, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, & aīe irreuerenti, et infrunitæ ne tradas me, quid aliud petit quàm is qui dicit: Ne nos inducas in tentationem. Item qui sic orat: Libera me domine à persequentibus me, quia confortati sunt supra me. Educ de custodia animā meam ad cō-

Prouerb. 30.

Sap. 9.

Psal. 142.

Psal. 7.

Psal. 131.

Psal. 73.

Psal. 26.

Psal. 139.

Eccle. 25.

Psal. 141.

MODVS ORANDI PER

fitendum nomini tuo. Me expectant iusti, donec retribuat mihi, uerbis dissonat, re cōsentit cum eo qui dicit: SED libera nos à malo. Ita si quis percurrat per uniuersam scripturam sacram, quæ passim habet uarias precationum formas, nihil comperiet quod non ad aliquam precationis dominicæ particulam pertineat. Summa uero omnium, quæ petuntur, ad eundem scopum spectent oportet, de quo meminit psalmus: Vnicam petij à domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Itaque inter innumeras precandi formas, prima semper fuit apud Christianos auctoritas ei, quam præscripsit ipse dominus: atq; hac uelut omnium sacratissima præcipue leguntur usi apostoli, & horum successores in consecratione corporis & sanguinis dominici, quæ quoniam conuenit omni argumento, uix fieri potest, ut quisquam ea intempestiue utatur, nisi cum idiotæ per orationem dominicam sanctos appellant, ueluti cum negociator solutus, sancto Christophoro merces suas committit, & occidit illi ter precationem dominicam, non sine salutatione Virginis matris. Ridebatur nobis olim quidam Louanij, uir simplex potius quam impius, qui solitus est peractis sacris obambulare per singulas aras, & diuos ac diuas aliquot, erga quos peculiarem gerebat affectum, precatione dominica salutare, eo peracto flexis aliquantulum genibus, edebat nomen diui aut diuæ, in cuius gratiam orauerat dicens: hoc tuum est sancta Barbara, hoc tibi habe sancte Roche, ne quis diuorum

Psalmo. 26.

qui in eadem ara stabant, præriperet sibi, quod alteri fuerat destinatum, atque inter sanctos nasceretur contentio. Horum simplicitas admonenda est, ut si quod orando dicant, non habent, saltem illud dicant, Sancte Petre ora pro me, sancta Barbara ora pro me. Alioqui quid absurdius, quàm uirgini dicere, Pater noster qui es in coelis? aut sancto Christophoro, Ave Maria gratia plena? aut sancto Georgio, Dimitte nobis debita nostra? Poterunt & illud doceri, ut in precibus meminerint, qua uirtute diuorum quisque præcelluerit, ut uirgini matri dicant: Impetra mihi à filio tuo castitatis ac modestiæ domum. Paulo dicant: Euangelij fortissime præco commenda me Christo, ut illius adiutus gratia præstare queam, quod ille nos per te docuit. Martino dicat: Adiuua me tuis precibus, ut in tolerandis iniurijs tuæ lenitatis imitator esse possim. Atque item de cæteris: sic enim fiet, ut minus absurda sit idiotarum precatio, simulq; commonefient, quid in quoque sit imitandum. Verum ut quod cœperamus persequamur, si recedendum erit à uerbis dominicæ precationis, proximum erit uti uerbis ex sacra scriptura decerptis, ut cunque res ac præsens necessitas postulauerit. Huiusmodi plurimas formulas suppeditabit liber Psalmorum, quorum aliquot nobis indicauit Athanasius. Quanquã & ex cæteris interim uoluminibus poterit sibi quisque formulas aliquot parare. Neq; quicquã uetuerit eandem precationem uarijs ex locis uelut opere Mosaico contexere. Quod genus, si quis petat auxilium à deo,

MODVS ORANDI PER

ut uitare possit obtrectationis aut turpiloquij uitium, dicat ex Psal. 119. Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Rursus ex Prouer. capi. 4. Remoue à me os prauum, & detrahentia labia sunt procul à me. Et pone custodiam ori meo. Item ex Paulo: Sit sermo meus semper in gratia sale conditus, ut scia quomodo oporteat unicuique respondere. Sit unum hoc exempli gratia productum, cum alioqui formulæ sint innumere. Neque quicquam hic uetuerit modica deflexione sermonem ad id quod agimus accommodare, uelut cum ex præcepto, aut narratione, seu promissione facimus deprecationem. Huius rei hoc exemplum est: Præcipit Solomon: Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso uita procedit. Hoc sic in precationem deflexeris: Da domine ut te custodiente, omni custodia seruem cor meum, ut ex ipso procedat uita æterna. Narratur .4. Reg. 4. Ezechias sic orasse: Obsecro domine memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. Ex hac forma quiuis rex aut episcopus sic orare poterit: Obsecro domine, da ut ambulem coram te in ueritate, & in corde perfecto, ut quod placitum est coram te, faciam. Promissio est: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hinc sic cudetur precatio: Imparti mihi domine IESV spiritum tuum, ut diligam te, ac seruem sermones tuos, ut merear & à patre tuo diligi, dignusque censeri ad quem pariter ueniat in æternum man

coloss. 4.

prouerb. 4.

fieri. Iam in deprecandis malis eadem ratio est contra-
 riorum, hoc est, uetitorum, quæ præceptorum: narra-
 te rei male, quæ bonæ, & minarū, quæ promissorum.
 Non solum autem tutissimum est, uerum etiam ad impe-
 trandum quod optas, efficacius, à uerbis ac sententijs
 diuinitus afflatæ scripturæ non recedere. Inest enim &
 in ipsis uerbis *εὐεργετῆ* quedam peculiaris, & deus
 sua uerba libentius agnoscit. Tertium autoritatis locū
 obtinebunt à ueteribus nobis traditæ precatiunculæ,
 quas collectas uocant, quibus olim sollemniter ecclesia
 consueuit uti in cultu diuino, atque etiam in sacrificijs
 ante consecrationem, & post consecrationem corporis
 dominici. Sunt enim & in his, quæ resipiunt aposto-
 licum ac syncerum spiritum, & pleræque commoda
 breuitate, parique perspicuitate sententiam absoluūt,
 sic ut periodus constet ferè duobus membris, quorum
 utrunque potest in duo commata diuidi, & inter duo
 membra intercedat comma siue membrum solitarium.
 Deinde succedat coronis, quæ totidem ferè partibus
 constat, per dominum nostrum Iesum Christum. Etiam
 si commatū & colorū nec ratio nec numerus sic habe-
 at perpetuo, quæadmodum dixi, nusquā tamen non ha-
 bent suas periodos modulatas. Si quis requirat exem-
 plū, dabo: Deus cuius providētia, cōma est in sua dispo-
 sitione: Nō fallitur, alterū comma est absoluēs membrū
 prius: Te supplices exoramus, tertiū comma est solita-
 rium, ac dirimens duo membra: Vt noxia cuncta sub-
 moueas, comma est prius secundi mēbri, & omnia no-

MODVS ORANDI PER

*bis profutura concedas, comma est absolvens membro-
rum. Deinde sequitur ferè totidem uerbis, ac meris co-
ronis, per dominum nostrum. Sunt quæ duobus mem-
bris constant, sed quæ possis in quatuor commata didu-
cere, precedente commate solitario, uelut hic: Da nobis
domine quesumus, ut & mundi cursus pacifice nobis
tuo ordini dirigatur, & ecclesia tua tranquilla deuoti-
one letetur. sunt quæ pluribus commatis constant, sunt
quæ paucioribus, unde hæc superstitiosius persequi nõ
est huius instituti. Ex harum igitur precationum acer-
uo poterit sibi quisque deligere certas ad plerasq; pre-
candi occasiones, formas, uelut ad implorandum auxi-
lium aduersus tentationem, ad impetrandam admissi
sceleris ueniam, ad impetrandum charitatis & fidei
augmentum, pro pace publica, pro profectu euangelij.
Has sacerdos olim sic pronuntiabat, ut totus populus
& audiret & intelligeret, eoq; ueluti pariter cum il-
lo oraret, tacitis duntaxat affectibus, demum uoce cla-
ra accineret, Amen. Id tum commode fiebat, quoniam
sacerdos ea lingua sacrificabat, quæ populo erat com-
munis. Nunc linguis nouatis, ritus tamen uetus manet.
Nec satis adhuc constat, utrum magis expediat relin-
quere, an nouare, quod iam inueterauit. Scio hanc esse
multitudinis imperite naturam, ut magis reuereatur
quod non intelligit. Sed interim minus utilitatis redit
ad populum, ad quem sola uox antistitis peruenit. Ego
nouande consuetudinis autor esse nolim. Huic tamen in
commodo hoc inueniri remedium poterit, ut singulorũ*

dicum collectas populus vulgari lingua scriptas, priuam apud se legat. Idem fieri poterit in epistolis ac euangelijs, precationeque dominica. Ostendi tres orandi formulas, quanquam nihil etiam uetat hominem suos affectus quibuscunque uerbis aperire deo, praesertim cum orat solus, modo petat in nomine IESV, & ea postulet, quae non pugnent cum scopo salutis aeternae, nec abhorrent ab his, quae nobis praescripsit dominus in sua formula. Ethnicis tutum non erat, Iouem alijs ritibus ac uerbis euocasse quam oportuit, nec tamen uerba facit apud regem, aut apud iudicem, qui solennes dicendi formulas ignorat: deus cum sit omnium maximus, tamen nihil habet huiusmodi morositatis, omnia boni consulit, ne solocismis quidem offenditur, modo mens sit sincera. Habent rhetores partes generis, quod petitorum uocant. Est autem haec species suasorij. Huius rationem alijs indicauimus, ut hic repetere non solum superfluum sit, uerum etiam ineptum in re sacra. Nos, inquit Paulus, quid, quemadmodum oporteat orare nescimus, sed spiritus orat pro nobis. Proinde qui spiritum habent Christi, his ipse spiritus ultro suggerit, & quid orare debeant, & quomodo. Nihil tamen prohibet rationem aliquam orandi commonstrare non tam petitam ex rethorum praecipis, quam ex sacrorum uoluminum exemplis, in quibus animaduertere licet, laudem, aut conuersionem, quae pertinet ad conciliandum fauorem procerum loco, nonnunquam & gratiarum actionem quam ostendimus esse laudis genus. Adhibentur & ea, quae red-

MODVS ORANDI PER

dunt auditorem attentū, præterea & narratio, quæ ple-
rumq; cōquestionē habet admixtam, & amplificatio-
nem & ἐπιγύρα, quæ rem subijcit oculis. Videas illic
& argumentationem & ex postulationem. Breuiter
quicquid adhibetur apud præpotentem hominem, unde
cupias aliquid impetrare. Laus est nonnunquam in sola
appellatione honorifica, quam ipsam oportet esse accō-
modam rei, uelut orans pro membris, quæ adhuc peri-
clitantur in terris, dicis: Pater noster qui es in cœlis. Et

Actuum. 1.

in actis, κύριε καὶ ὁ ἰσχυρὸς πάντων, cum ipsi igna-
ri qualis intus esset homo, petunt ut deligat, quem ma-
gis idoneum iudicasset. Et sapiētiam à deo petiturus, re-
cte præfabitur: Aeterni patris æterna sapiētia IESV
CHRISTE. Nec aptitudinis ratio tantum haben-
da est in appellando, uerū etiā in tota precatōne. Quā
quam enī non itā magni refert, quid à qua persona pe-
tas, tamen auxilium aduersus hostes, ac demores apti-
us petas ab omnipotente patre: ut reconciliet nobis pa-
trem, accommodatius petiueris à filio: ut augeatur in
nobis diuina gratia, congruentius postularis à spiritu
sancto. Conquestionis exempla, quoniam passim in sa-

Hiere. 20.

cris literis sunt obuia, non est necesse repetere. Queri-
monia nonnunquā additur uelut ex postulatio, sic Hiere

Hiere. 17.

mias: Seduxisti me domine & seductus sum, fortior me

Psal. 17.

fuiſti & inualuisti. Alicui idem faciet blandities, sic Hie

Psal. 70,

remias: Ne sis mihi tu formidini, spes mea tu in die affli-

Psalmo. 21.

ctōnis. Et in psal. Spes mea ab huberibus matris mee.
Et, Domine spes mea à iuuentute mea. Gratiarum actio

pauperum petax est. Etenim qui gratias agit prædimiti pro beneficijs præteritis, tacite petit nouum beneficium. Et dignos eos iudicamus accepti beneficij, qui agnoscunt ac meminerunt. Attentio paratur partim flagitando, ut: Exaudi domine orationem meam, & clamor meus ad te pueniat. Et: intret in conspectu tuo oratio mea, Psal. 106. inclina aurem tuam ad precem meam. Partim si ostendamus nostrum malum ad ipsius iniuriã pertinere: ita psalmo .113. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua & ueritate tua, ne quando dicant gentes, ubi est deus eorum? Item psalmo septuagesimo octauo: Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. Adiua nos deus salutaris noster & propter gloriam nominis tui domine libera nos. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus, ubi est deus eorum? Sed hæc pars magis cõuenit argumentationi, de q̄ mox dicemus. Ceterũ hic plurimũ habet momenti, cũ declaramus nobis nihil esse præsidij in nostris meritis ac uiribus, nec in alio spem esse nobis, sed totos nos p̄dere ab ipsius ope, cuius misericordia seruãtur uniuersi. Narratio ẽ Act. 4. Cõuenerũt enĩ uere aduersus puerũ tuũ Iesum in ciuitate ista & c. In argumentatione potissimum tractantur hæ partes, quia potest, quia uult, quia solet, quia debet. A facultate sic: Deus omnipotens, qui solo nutu potes quicquid uis, quia uult nimirum ipsa bonitas ac misericordia, quia solet uel cõmemoratis aliorũ

MODVS ORANDI PER

exemplis, uel his beneficijs, quæ in nos ipsos iam sepe cõ-
tulit. Conuenit autem ut sui similis sit, qui semper bene-
fecit. Debet autem, non quia nos promeremur, sed quia
ille promisit. Nam, Memento domine Dauid, & om̃s
mansuetudinis eius. Exaudi domine iustitiam meam:
& huiusmodi psalmi magis opinor quadrant in perso-
nam Christi quàm hominis. Nimirum hæc est illa ueri-
tas quæ in diuinis literis frequenter coniungitur miseri-
cordiæ, uelut psalmo octuagesimo octauo: Misericor-
dia & ueritas præcedent faciem tuam. Misericordia
dicitur, quia nõ promeremur qđ petimus: ueritas, quia
quodammodo ille debet ex promisso. Promisit per pro-
phetam obliuionem omnium commissorum. Quacunq;
hora peccator respiscens ingemuerit, promisit per fi-
lium uitam æternam, qui crediderint euangelio, unde
quodammodo exigitur à deo quod pollicitus est.

Commemoratur in petitione iuxta rhetorum præce-
pta pollicitatio. Et hæc inuenitur in sacris precibus.

psalmo. 50.

Sic Dauid: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te con-
uertentur. Et os meum annuntiabit laudem tuam. Tũc
acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocau-
sta. Nihil aliud homo potest polliceri deo, nec ille ali-
ud expectat præmium. Quicquid autem horum fit in
orando, ad nos pertinet, non ad deum. Nec enim deus
delinitur audiendo laudes suas, quemadmodum homi-
nes, sed nos laudantes illum magis ac magis discimus,
ac suspicimus illius magnitudinem: Commemorandis
autem & exaggerandis malis nostris non hoc agitur,

*ut in diuersum mutatus oratione nostra ex irato fiat p
 pitius, sed ut ipsi dum melius magnitudinem nostræ
 calamitatis agnoscimus, uehementius expetamus illius
 misericordiam. Itidem cum ea dicuntur quæ pariunt
 attentionem, non huc proficitur, ut deus ante dormitans
 excitetur, cum illum nihil fugiat eorum quæ latent in
 cordibus hominum, sed ut nos instantius ac uehementi-
 us petamus, quod non promeretur accipere, nisi qui ue-
 hementer ambierint. Similiter & inculcantes quod in
 alio nullo fidutiã habeamus, quæ in ipsius promissis ac mi-
 sericordia, discimus cui debeamus acceptum ferre quic-
 quid habemus boni. Dum pollicemur nos illius erga nos
 beneficentiam predicaturos, admonemur ne nobis ad-
 scribentes, quod adepti sumus, reperiamur indigni dei
 gratia, sed ad illius gloriam referamus omnia. Dum
 promissorum fidem ab illo requirimus, huc proficitur,
 ut certa cum fidutiã precemur, non meritorum nostro-
 rum, sed illius qui neminem sibi fidetem destituit. Dum
 argumētamur et ad ipsius nominis gloriã pertinere, ut
 nos licet, alioqui indignos exaudiat, hoc discimus, ut
 in bonis & in malis nostris non alio spectemus, quàm ad
 gloriam eius. Nec alio pertinent obtestationes & obse-
 crationes per filium eius, per ipsius erga nos charita-
 tem ineffabilem, per mortem, per resurrectionem, per
 omnia quæ nostra causa uel fecit, uel passus est, nisi ut
 penitus intelligamus, à quo, & per quem nobis profi-
 ciscatur, quicquid pertinet ad salutem æternam. Hæc
 omnia melius tractabit, quæ fuerit in diuinis literis exer-*

MODVS ORANDI PER

citatus. Iam illud queri solet, utrum exigatur oris de uocis deprecatio, an sufficiat tacitus animi petentis affectus. Equidem arbitror hoc esse liberum in priuatis deprecationibus, utrū malis simul & labijs sonare quā animo flagitas, an tacitis uotis duntaxat sollicitare dei clementiam, quæ nihil moratur uoces nostras. Ac sepe numero plus impetrant tacita suspiria lachrymæq; , quā magni clamores. Alioqui quemadmodū in ieiunio non solum abducimus animum ab omnibus mundi delectamētis, uerumetiam corpus inedia castigamus, ut totus homo deo seruiat, quod totus fruiturus est immortalitatis præmio, ita conuenit, ut in sacrificio precatio nis, & spiritu psallamus & mente. Id uero potissimum conducit his, qui nondum exercitati sunt ad orandum. Nam hi cātandis sacris precibus ueluti discunt orare, & ex ipsa uocis agitatione nascitur nunquam affectus animi. In hoc enim sunt utiles ceremoniæ, ut per uisibilia ad inuisibilia proficiamus. Quemadmodum pueri prius docentur legere, quā intelligere possint quæ legūt. Eodē conducunt & loci nitor ac religio, & sacra uestis, & corporis habitus siue procūbentis in terrā, siue flexis genibus demittentis sese, siue sublati manibus suspicientis in cœlum. Nam hæc omnia nonnunquam adiuant deprecationem nostram, etiam si quocunq; loco, quocunq; gestu suscipiam deprecationem audit deus, siue id in lecto facias cubans, siue in balneo lauās, siue in officina laborans. In solemnibus tamen precationibus nō oportet negligere corporales ceremonias pro

pter infirmos, quibus istiusmodi conducunt, sed his ce-
 remonijs utendum est, quæ prouocant & alios ad oran-
 dum. Nec enim decet, ut militari boatu uocis, aut lasci-
 ua modulatione flagites dei misericordiam, nec conue-
 nit ut uox sonet: Misere mei deus secundum magnam
 misericordiã tuam, & uultu oculisq; lasciuentes licean-
 tur puellas. Optandum autem esset, ut totus cultus diui-
 nus, qui tribus potissimum cõstat: hymnis, doctrina, &
 precatione, lingua toti populo nota perageretur, quæ-
 admodum olim fieri cõsuevit: omniaq; sic explanate di-
 stincteq; sonarentur, ut ab attentis possent intelligi. Ve-
 rum multa sunt in uita mortaliũ, quæ magis optare li-
 ceat, quàm sperare. Optandũ & illud, ut cultus qui pu-
 blicus peragitur in templis, locisue sacris, neque nimi-
 um prolixus esset, quod nihil sit peius, quàm rerũ opti-
 marum facietas, & apud omnes gentes Christiani no-
 minis idem esset. Nunc quanta in singulis penè ecclesi-
 is diuersitas? Imò quantum fuit studium quibusdam ne
 quid cum alijs conueniret? Quàm prolixis canticis ac
 precibus onerantur monachi quidam, à quibus ingenti
 tædio utcunque persolutis, quanto cum gaudio disce-
 dunt? Atqui si laudantur conuiuia lauta magis quàm
 prolixa, unde cum orexi surgitur, quanto magis oportet
 diuini cultus cum esse modum, ut citra tædium cum
 alacritate peragatur, & ad intermissum magna cum
 auuiditate redeatur. Certe priuatas preces fas sit suo
 quenque animo metiri, & orationis modum uel pro-
 mentis affectu, qui non semper æque seruidus est, uel

MODVS ORANDI PER

pro negociorum necessitate temperare. Nam in precibus, quæ simul à multis fiunt, & quas oportet simul à multis et incipi & finire, ne quid oriatur tumultus in ecclesia, talem oportet esse mediocritatem, ut & feruidis ac ociosis utcumq; fiat satis, nec tepidi & occupati tædio cnecentur. Vbi quis secum orat, aut cum unanimitate quopiã amiculo, nihil uetuerit, si quando inter orandum insignis aliquis affectus corripuerit animum, in eo loco cõmorari, donec perseuerabit animi libido, aut sancta confabulatione preces interrumpere. Cæterum occupatis congruunt illæ breuissimæ quidem, sed subinde uelut eiaculatæ precatiũculæ, quæ solent olim monachis apud Aegyptios opus manuum interrumpere, uel ipsum potius opus condire. Vix enim fieri potest, ut humane mentis intentio diu perseueret in eodem habitu, sed protinus aut tepescit mora, aut alijs cogitationibus intercurrẽtib; interrumpitur. Respondeat aliquis, ἄλλος βίος, ἄλλη δ'ἰαίτη. Olim monachi ferè laici erant & operis manuarijs exercebantur, nũc sacerdotibus non idem conuenit. Atqui Paulus apostolus non iudicauit sibi indecorum consuecere pelles. Si in perferendo longiorum precum tædio laus est uel obedientiæ uel patientiæ Christianæ, quæro quam laudem essent habituri, si iussu abbatis certis horis id facere eo gerentur, quod apud inferos facere dicitur Sisyphus? Atqui congruentius arbitror ad id abuti saxo, quàm sacris hymnis ac precibus. Optandum & illud, nihil in his admisceri, quod è diuinis libris depromptum nõ sit,

aut certe ab his uiris pfectum, quorum monumenta spirant CHRISTVM. Quo magis oportet omnem abesse lasciuiam, questum, adulationem, ceterosq; affectus indignos cultu sacro. Cum Christianus adornat bellū in Christianum, indecore sacrificus precatur suis gloriosam uictoriā, hostibus exitium, cū utraq; pars nonnūquam deo displiceat in precibus, quas ex institutione Pauli, pro regibus & in dignitate constitutis fundit sacrificus. Christianus esset optare principi bonam ac deo dignam mentem, sapientiam, pietatem, quā triumphos, uictorias, et glorias, parumq; decore ad sacrā mensam: cū pro principe supplicatur, audiuntur illi gloriosi tituli, uictoriosissimo, inuictissimo, & triumphantissimo. Magis etiam indecorum est, quod quidam inter sacrificandum adorant eum, in cuius gratiam sacrificant conducti, non sine specie seruilis & abiectæ adulationis. Deniq; tametsi probandum est, quod pro suo quisq; principe orat, tamen conueniret ut in publicis precibus, non unius, aut illius, sed omnium principum Christianorum generalis fieret mentio. Quinetiam Turcis aut si qui sunt hostes Christiani nominis, magis conueniat precari misericordiam domini, quā exitium. Verum hæc obiter admonere uisum est, nunc ad id quod agebamus reuertimur. Itaq; genus hoc orandi breue congruit his quoq; qui in publicis functionibus uersantur, licet enim regibus in concilium euntibus sic orare tacite: Deus sine cuius spiritu, nihil recte geritur, dignetur huic interesse concilio, ne quid statuatur, quod tuam

MODVS ORANDI PER

offendat maiestatem, licet iudici pro tribunali sedenti, sic precari tacite: Adsit domine tua moderatrix omnium sapientia, ne quid me iudice patiatur innocens, quod non meretur, neue cuiquam fiat iniuria. Licet & legato inter equitandum sic precari: Dirige domine deus meus in conspectu tuo uiam meam: aut si quid aliud suggerat pius affectus. Iam uideo persuasum monarchis quibusdam, & exemplum ut sit, indies ad plures dimanatum, ut singulis diebus persoluant pensum earum precum, quas clericorum ordo solenniter in templis peragunt statis horis, unde & horarias uulgo dicunt. Eam principum religionem nequaquam damnauerim, modo ne putent sese rem magnam prestitisse, cum hoc pensum persoluerint, praesertim si quod ore sonant, non intelligant, quod multis accidere uerisimile est, certe iuxta sensum mysticum: neue credant magnum quiddam esse, uerba illa tantum personuisse. Si quid ocij superest principibus a negocijs necessarijs, id malim impendi perdiscendis praecipis diuinis, aut parabolis Solomonis, aut apophthegmatis laudatorum principum, quorum magnam uim collegit Plutarchus: aut his libris, quos homines eruditi de republica priuataque administranda reliquerunt. Quod genus sunt Aristotelis politica, oeconomica, & ethica: officia Ciceronis, Platonis dialogi de legibus ac republica, Isocratis de regno, & Xenophontis Cyropedia, & oeconomica. Eodem nonnihil conducent & nostra, quae scripsimus de principe Christiano, de bello, de reditu Philippi principis

ex Hispanijs. Satis orauit princeps, si curauit ut integris & incorruptis uiris committeretur magistratus, si sua prudentia bellum exclusit, si uim potentum depulit à ceruicibus imbecillium, si quàmminimo sanguinis humani dispendio, conatus facinorosorum coeruit, si sanctis legibus ac moribus publicam disciplinam stabiliuit. Nam his neglectis, tempus dicendis preculis absumere, non solum religio non est, sed est etiam piaculum & hypocrisis. Subleuandus est populus à prædonibus oppressus, & dicitur querelam deferentibus ac principis opem implorantibus, Abite, princeps orat. Dicitur interpellatrici uiduæ aut pupillo: Non est ocium, princeps orat. Et tamen si qua puella, si quis morio, si quis qui canem bellum adducat, petat aditum, fortasse non auditurus sit, Princeps orat. Ipse dominus IESVS, regum omnium rex ac principum princeps, quando legitur submouisse despicabilem illam & calamitosam hominum turbam? Quando iussit illis responderi, Abite, dominus cœnat? Secedebat ad orandum, sed in desertum, & rursus occurrit affluentibus. Que frons igitur istis, qui interpellantibus non uentur respondere, Princeps ludit aleam? Episcoporum nomine tolerabilius responderetur, Præsul orat, nisi quidam sese tam non excusarent hoc titulo uocantibus ad longe profaniora. Opinor sanctum Gregorium, priuatas suas preces ad similes interpellationes fuisse relicturum. Adrianus Cæsar inter multa, magnaq; uitia nonnullas uirtutes habuisse legitur, hunc cum per

MODVS ORANDI PER

uiam euntem, mulier quaedam appellasset, audiri cupiens, ille quoniam aliò properabat, respondit non est ocium. Tum illa, noli igitur, inquit, imperare. Id liberi (us à muliercula dictum, tantus monarcha ciuilitè tulit, restitit & audiuit causam. Ita magis conueniebat ut ad preces illas uocanti sacerdoti dicatur, non est ocium, quàm calamitosus et innocētibus afflictis. Ad hæc enim quoniam propria regum functio est, turpe est non esse ocium, cum sit ocium prolixis precibus, uenatiōibus, lusibus, saltationibus, morionibus, & aleæ, ne quid commoremus his etiam, scelcratius. Igitur ad orandū exercitatis argumenta copiosissime suppeditabit sacra lectio, deinde uita ipsa malis bonisq; sic uarians, ut tristem maior sit copia: si quid imminet aut premit triste, orandum est: si quid accidit feliciter, actis gratijs orandum, ut deus quod dedit uelit esse perpetuam: si quid commissum est, oranda uenia: si quid cum uirtute gestum, rogandus deus, ut sua dona augere dignetur in nobis. Si quem uideris hominem egregijs uirtutibus præditū, & ob id perutilem reipublicæ, ora deum ut multos tales uelit esse: si quem insigniter improbum ac pestilentem, precare illi mentē meliorem, simulq; ut seruet te deus ne talis euadas: si contigit magistratus, pete sapientiæ donum ut possis recte gerere: si ademptus es, ora ut succedat te uir melior. Si affluxit rerum copia, roga ut qui dedit facultatem, idem det animum bene uiuendi. Quin ille ipsæ ciuiles precatiuncule, si ex animo Christiano magis quàm ex more dicantur, non absunt

ab orando ueluti cum dicimus ingredienti iter: Bonus angelus te deducat & reducat incolumem: marito, precor ut uxor tua feliciter pariat: nouo magistratui, precor ut honor, quem assecutus es, sit & tibi & reipublice felix: pio episcopo, CHRISTVS Opt. Maximus, diute seruet incolumem ecclesie sue. Ceteraq; huius generis innumera. Hec mihi ferè succurrebant, que scriberem de orando uir clarissime, sed idem optime, alioqui uideri poterat alienius ad hominem aule regie procerem de orando scribere. Si Petrus apostolus oēs Christianos regale sacerdotium appellat, & si peculiare sacrificium Christianorum, ut diximus, est orare, nemini scribi potest inepte de orando, nisi qui Christianus non est. Imò haud scio an ullis frequentius & ardentius orandum, quàm magnatibus, qui quo grauiori negotiorum mole premuntur, hoc magis egent diuino presidio. Moses sacerdos non erat, sed dux populi, & tamen quoties orasse pro populo legitur? Dauid rex erat non sacerdos, & tamen plurimus est in orando. Solomon rex erat, & tamen in dedicatione templi ueluti sacerdos orat pro tota multitudine. Ne sit regis orare pro populo, cuius non est bene uelle populo, nec pro se laboret orare princeps, cui non est opus ope supremi numinis. Omnibus dictum est & summatibus & infimatibus illud Iacobi: Orate pro uobis inuicem, ut salui fiatis. Paulus apostolus in quotidianis precibus suis mentionem facit apud deum eorum quos initiauerat euangelio, sed uicissim illos ro-

1. Petri. 2.

3. Regnori

Capite. 5.

f

MODVS ÓRANDI PER

gat ut orent pro ipso. Neroget pro se, qui neque desiderio boni cuiusquam, neque mali metu tenetur. Neroget pro alio, qui nulli bene uult, præterquam unæ sibi. In summa, ne curet hoc sacrificium offerre deo suo, qui à sacerdotio Christiano se credit alienū. Nec inficiamur tamen antistitum peculiare munus esse, ut orent pro populo, quæ regendum susceperunt, nec pro uiuis tantū uota faciunt, uerū etiam pro mortuis. Iacobus ordinauit, ut ad egrotū accersantur ecclesiæ presbyteri, qui deum orent pro illius salute, ungantq; oleo in nomine domini. Et ratio, inquit, fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Iubetur Abimelech implorare deprecationem Abraham, quod esset propheta. Sic enim legis Geneseos capite uigesimo. Nunc ergo redde uiro suam uxorem, & orabit pro te, quia propheta est, & uiues. Norunt quia consueuerunt prophetae colloqui cum deo. Nam cum his loquitur dominus. Verum quemadmodum post effusum in omnes spiritum sanctum, omnes Christiani quodammodo sacerdotes sunt, ita sunt & prophetae. Per CHRISTVM enim omnes accessum habemus ad thronum gloriæ illius. Nec interim tamen confundendus est ordo in ecclesijs laudabiliter institutus, & à maioribus nobis per manus traditus. Sacerdos astans mensæ dominicæ, cum autoritate deprecatur pro multitudo. Idem consensu suggestu, dum enarrat scripturas sacras, cum autoritate prophetam agit, auscultante cum silentio populo. Neq; fas sit cuius hoc

Capite. 5.

muneris sibi sumere. Vbi enim non est ordo, ibi confusio. Vbi confusio, ibi tranquillitas esse qui potest? At pax in primis decet ecclesiam dei, qui non dedignatur interesse coetui, in suo nomine congregato. Orat igitur antistes pro fratribus suis ex officio delegato, orat uicissim populus pro suo antistite ex fraterna charitate. Prophetam agit antistes ex ordinatione, neque tamen fas non est ciuius, cum opus est docere proximum suum, si quid assecutus est eruditionis sanctæ. Christiana charitas, sic uicissim communicat officia sua, ut non luxetur ordo membrorum corporis. Rogarit aliquis, quibus temporibus potissimum orandum censeam. Video literas sacras hæc tria ferè coniungere, uigiliam, sobrietatem, & preces, quod luxus & somnus degrauent animum cupientem cum deo colloqui. Itaque mox à primo somno consuescendum est, uel in lecto breui precatiuncula compellare dominum. Rursus idem mane faciendum, priusquam à cubiculo te conferas ad profana ministeria, postremo sub quietem nocturnam. Neque contemnendum est quorundam exemplo, qui posteaquam reliquerunt cubile, priusquam cibum capiant, aut aliquid uulgarium negotiorum attingant, si detur commoditas curant adesse sacro, si modo hic absit omnis superstitio. Sunt enim permulti, qui credunt quicquid egerint, cessurum ex animi sententia, si species panis & calicem aspexerint, & interim hoc agit pirata laxaturus ancoram, hoc agit Caricus miles adorans deprecationem innocentium, hoc agit iniquus

MODVS ORANDI PER

negociator, undecunque lucrum captaturus. Neque negliendus est mos laudatissimus, quo plerique conuuium à precibus auspicantur, & actione gratiarum concludunt. Has tamen uelim è sacris literis depromi, & magis congruentes adhiberi, quàm à nonnullis adhibentur. Nos, & ea quæ sumus sumpturi, benedicat dextera Christi, huiusq; generis rhythmos, ut non arbitror damnandos, ita malim ibi melioribus cedere. Nec est necesse, omnia infulcire in tales centones. Kyrie election, nusquam non recte dicitur, sed alibi tamen aptius. Et beata uiscera Mariæ uirginis, pie commemorantur, sed his alibi locus erat. Pro benemeritis fortassis ibi nō intempestiuiter oratur, si pauca id fiat: pro rege, pro episcopo, pro pace, pro bello, pro cæteris nominatim orare, in tempestiuus uidetur aliàs. Illud probo, quod apud quosdam consecratio mense sacram lectiuinculam habet a liunctam, unde conueniret & in conuuiuo primum oriri colloquium. Rogabis forsitan, quid sentiam de his, qui quotidie persoluunt liturgiam uirginis matris. Equidem hæc malo, quàm quorundam superstitiones ac magicis simillimas preces, quanquam illud in his offendit, quod ea quæ in sacris literis de ecclesia sponsa Christi dicta sunt, deq; sapientia patris, qui est dominus IESVS, detorquentur ad uirginem Mariam: tum quod quedam ibi petuntur à uirgine, quæ rectius peterentur à filio: Tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe. Deo rectius dicitur: Sed libera nos à malo, & suscipe spiritum meum. Tametsi ne i his quidem est

Impietas, si quis simplicem affectū candide uelit interpretari. Simili affectu quidam in concionibus implorant opem uirginis, appellantes eam fontem omnis gratiae. Nemo negat plurimum honoris deberi sanctissime uirgini, ceterum ibi tempestiuus erat, implorare spiritum Christi. Mihi magis probantur hae precule breuissimae, quas quidam quotidie dicunt de cruce domini. Nam numerosas preces, quibus quidam euoluendis globulis certo numero repetunt precationem dominicam aut salutationem angelicam, non omnino damnarim in laicis, nisi quidam ista facientibus prodigiosa quedam promitterent. Hic erat locus dicendi de uarijs uulgarium precum superstitionibus, quae nō multum absunt à magicis precaminibus, sed propositis optimis orandi formis, non difficile fuerit reijcere quicquid ab his discrepat. Nam error infinitus est, cum simplex sit quod rectum est. Hoc munusculū Hierosolae nobilissime, quod non ante natū erat, quā tibi dedicaretur, sed tua causa susceptū est, ut esset, quo uicissim nostri absentis comone fieres: si tibi probabitur, nō grauaberis idē optimis fratribus tuis Iohanni & Stanislao communicare: sin habes aliquid in hoc argumēto melius, sequere quod melius est: sed interim huic nostrae promptae uoluntati saltem hoc praemij rependito, ut quod habes melius, uelis nobis esse commune.

M O D I O R A N D I D E V M,
I N V O C A N D I Q V E D I V O S
P E R D E S. E R A -
S M V M R O T.
F I N I S.

*Coloniae in edibus Eucharj Ceruicorni, impensa Ma-
gistrj Godefridi Hittorpij, ciuis
Colonien.*

Idibus Februarij.

Folio.8.c.uersu.25.legendum est semicinctis.

of the English...

how my people...

Theologica vana. 8.
fr. Lat. N. 3.



DE IMMENSÁ DEI
*miseriordia, Des. Erasmi Rote
rodami Concio.*

VIRGINIS ET MAR
*tyris comparatio per eundem,
honoratissimo uirginū Mac
cabaiticarum collegio
apud Coloniam
Agrippinam,
dicata.*

Nunc primum & condita & edita.

*Apud sanctam Coloniam Agrip
pinam. An. M. D. XXIII.*



REVERENDO IN CHRISTO PA-
tri ac domino, D. Christophoro episco-
po Basileensi, Des. Erasmus
Roterodamus S. D.



A CELLO, QVOD
perquam elegans tua ueneran-
da pietas Misericordijs domini
dicatum instituit, nos Misericor-
diae encomiū cōsecrauimus, nec ul-
la in re libētius parauimus uolūtati tue præsul iteger-
rime, cui semp parcemus perlibēter. Nullū enim ar-
gumentū magis congruebat uel isti tue pietati, qua
uehementer cupis uniuersos mortales per dei miseri-
cordiam salutē consequi: uel huic seculo longe corru-
ptissimo. Nimirum in tanto miseriarum diluuiō, con-
ueniebat omnes ad asylum diuine misericordiae co-
hortari. Hanc operam eo libentiū tuo iussu suscepi-
mus, qđ reputaremus nos simul & tue sanctissime
uoluntati gratificaturos, & deo rem non ingratam
facturos. Vtinam autem & apud homines tātum ue-
leat studiū utriusq; nostrū, ut nostro hortatu q̄pluri-
mi pristinā abijciētes malitiā, ambiant domini mise-
ricordiam, quae tuam uenerabilem senectū-
tem semper fouere dignetur. Basileae. III. Calendas Augusti, An-
no. M. D. XXIII.

DE MAGNITUDINE MISERICORDIARUM DOMINI Concio Des.

Erasmi Roterodami.



VONIAM HO- Propositio
die de magnitudine misericordiarum domini uerba facere constitutum est, fratres ac sorores in domino charissimi, sine cuius presidio nihil omnino potest humana imbecillitas,

communibus uotis imploremus domini communis misericordiam, que sic moderetur organam lingue mee, sic afficiat animos uestros, ut quemadmodum ipsi per misericordiam domini discedemus celesti gratia locupletiores, ita in suum quisque proximum largius effundat officia misericordie. Nonnullus Inuocatio mos est hic salutare uirginem matrem, cui non inficiamur ubique plurimum honoris deberi, uerum ad id quod nunc agimus, uidetur magis appositum, si me sequamini sic uobis praeuntem:

Aeterni patris omnipotens sermo Iesu Christe, qui pollicitus es te interfuturum, ubicumque duo tresue conuenissent in tuo nomine, uides quod hic multi in tuo nomine conueniant. Digneris igitur iuxta tuum promissum huic interesse coetui, ut sancto tuo spiritu per omnium corda diffuso, plenius intelligant misericordie tue magnitudinem, quo simul et alacrius grati

DE MISERICORDIA DO-

as agamus omnes pro misericordia, quam toties experti sumus, & auidius imploremus eam in omnibus nostris necessitatibus: postremo ut domini nostri misericordiam, quam ampliter in nobis experti sumus, conserui in cōseruos pro uiribus amulemur Amen.

Attentio.

Quod si iuxta rhetorum præcepta, ea quisq; sollicitus & attentus audit, quæ intelligit uehemēter ad se pertinere, non oportet quenq; uestrum in hoc sermone dormire, quandoquidem omnibus ex æquo salus pendet ex domini misericordia: neque quisquam est tam infans aut tam senex, tam plebeius aut rex, tam pauper aut diues, tam seruus aut liber, tã doctus aut indoctus, tam peccator aut iustus, quin & expertus sit in se domini misericordiam, & ad omnia que re-

Beneuolentia.

ste conatur, egeat domini misericordia. Quod autem argumētum fauorabilius tractari potest, quàm omnibus per dei misericordiam esse paratam salutem eternam? Aequum est igitur, ut in hac concione, quotquot adestis, præbeatis uos non solum attentos, uerum alacres ac lubentes. Nam sibi quisque fauerit, quisquis huic fauerit orationi. Inter multa mala, quæ genus humanum pertrahunt in eternum exitium, duæ præcipuæ pestes sunt, & capitales, à quibus in primis oportet cauere, quibus cordi pietas est, quique desiderant ad eternæ felicitatis consortium peruenire. Eæ sunt, Fiducia sui ac Desperatio: alteram parit mens elata aduersus deum, quam exc-

cauit

MINI CONCIO D. ERASMI.

scuit amor sui: alteram gignit hinc perpensa crimi-
 num admissorum magnitudo, hinc diuini iudicij se-
 ueritas absque reparatione misericordiae. Vtrun-
 que malum tam periferum est atque execrandum,
 ut multis dubitauerit, utrum altero sit detesta-
 tur. Uideri potest, ut magis aut deploratius, quam ho-
 ra est ac cinis, qui quicquid est aut po-
 tuit esse, non debet diuinae beneficentiae, cornua tol-
 lere aduersus eum, à quo conditus est, à quo redem-
 tus est, à quo tot modis ad aeternae uitae consortium
 imitatur? Ingratitudinis est, cum contemnere, unde
 tantum beneficiorum acceperis: dementia est, ei uel
 le rebellare, qui nutu potest perdere: impietatis est,
 non agnoscere conditorem, non uereri parietem, non
 amare seruatorem. Ausus est hoc primū infelix Lu-
 cifer, qui sibi uindicans quod à deo gratis acceperat,
 dixit in corde suo: In coelum conscendam, supra astra Esaie. 14.
 dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testa-
 menti in lateribus aquilonis, ascendam super altitu-
 dinem nubium, similis ero altissimo. Atque utinam
 mortales saltē huius infelix ruina deterreret ab imi-
 tatione nefarij exempli, si non ipsa deterret impie-
 tas. Etenim si deus superbientibus angelis non pe- 2. Pe. 3
 percit, sed in tartarum praecipitatos, ac aeternis uin-
 culis astrictos tradidit seruandos supremo iudicio:
 quid merebitur homo uermiculus, qui ut modo pro-
 repit e terra, ita mox est in terram uertendus, cri-

gat cristas aduersus deum? Quo deiectionis est hominis conditio, hoc detestabilior est arrogãtia sibi cum deo æqualitatem affectantis. Proditum est ueterum fabulis, ortam olim inter deos seditionẽ, quæ Iouem ipsam compulerit relicto cœlo fugere in Aegyptum, atq; illic aliena specie latitare: sed sceleratius erat, quod moliti sunt terrigenæ gigantes, qui coniter aduersus Iouem, montes imposuere montibus. Et salmo pugnato cœlo Iouem ex arce depellerent. Merito uis detis, prophane sunt fabule quas auditis, sed tamen et erudita uetustas huiusmodi fabularum inuolucris ali quid significare uoluit, quod ad hominum mores exprimendas pertinet. Salmoncus in tartarum precipitatus est, quod Iouis fulmen ac tonitruum imitari tur: sit sanẽ fabula, sed quot fuere mortales homunculi, qui re ipsa ac serio sibi diuinos honores postularent? Nõme Nabugodonosorem, q se deum fecerat, deus uertit in brutam bestiam, ut ex pecude rediret in hominem? Alexander Magnus, Iouis filius haberi uoluit, seq; in conuiujs passus est adorari. Domitius Cæsar in omnibus diplomatibus et epistolis, atque etiam sermone, Deus ac dominus appellari uoluit. Adrianus Antinoo suo diuinos honores instituit. Quid autem hæc commemoro, quum solenne fuerit apud Romanos, Imperatores suos, posteaquã homines esse desierant, facere deos? Quibusdam etiam uiuis diuini honores habiti sunt, quos oblatos admitte-

re,

MINI. CONCIO D. ERAS.

ro, impie dementie est: usurpare, deplorata cecitatis. Si leuis est historiarum autoritas, audiamus quid Paulus Apostolus Thessalonicensibus scribat de Nerone, sic enim interpretantur quidam: Et reuelatus, inquit, fuerit homo peccati, filius perditionis, q̄ aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, & quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Sed fortasse mirum non uidebitur, si qui boues, simias, canes, & his uiliora, saxa muta, ligna q̄; pro dijs uenerabantur, se pro dijs haberi uoluerint, nimirum his rebus longe præstantiores, quibus populus diuinos honores tribuebat. In actis Apostolorum Herodes non ignarus unum esse deum, cuius honos esset incõmunicabilis, passus est sibi acclamari in concione: Dei uox, nõ hominis. Mox ab angelo uindice percussus, miserabilis ille deus pediculari morbo perijt, quo non alius uel fœdior uel cruciabilior. Atq; utinam non essent inter Christianos, q̄ Luciferi impietatem imitarentur, non enim dicam uincerent. Quid? An expectatis hic, ut aliqd̄ proferã ex arcanis cõfessionibus? Quid autem opus, quum in quibusdam regionibus in foro, in templis, in conuiujs, in lusibus, passim audiamus peteri per adorandum nomẽ dei, leue est quod dixi, audimus abiurari nomẽ dei, manifestis conuitijs affici sanctum nomen Christi, præmorsõ indice minas intendi in deum, pollice inter indicẽ & mediũ digitũ

DE MISERICORDIA DO-

porrecto, hoc fieri a luciferus deum omnis glorie fontem, quod in hominem extremæ ignominie, contumelie gratia fieri consuevit? An nõ comperiuntur inter Christianos, si tamen hi Christiani uocadi sunt, qui ob mox relinquendas opes, aut foedam corporis uoluptatem, aut momentaneos honores, deserto principe suo, foedus impium pangunt cum hoste Satana? conceptis uerbis semel abiurantes quicquid intercesserat foederis cum Christo, & sui corporis primitias inferis immolantes, quorum principi totam animam suam deuouerant. Hæc cõperta uidemus publicis supplicijs expiari. Quid simile fecit Lucifer? Nõ pro illo mortuus erat dei filius, nec tamen ausus est blasphemias iacere in deum, tantum affectauit honoris equalitatem. Infelix illa regio, quõdam quinq; ciuitatibus potens, nunc pestilens & abominandus lacus, pro dulcibus Iordanis aquis tetrum ferens bitumen, nec horẽdi exempli memoriã sinens apud posteros intermori, homines habebat luxu libidineq; perditos. Ceterum neminem illorum legimus eõ progressum impietatis, ut deum incesset conuitijs, ut male precaretur, ut minitaretur. Et tamen illi sulphurea pluuia funditus interierunt omnes. Et õ rem detestabilem, inter Christi nomen professos inueniuntur, qui audent, quod non ausus est lucifer, quod nõ ausa est Gomorra, qui tam abominandis malis, etiã blasphemie malum adiungunt. Video uos fratres charissimi

MINI CONCIO D. ERASMI

rissimi ad horum cōmemorationē inhorrescere, nec
 mirum, & ipse cōmemorans toto corpore simul &
 animo perhorresco, sed tamen hic sermo non solum
 eò conducit, ut declarem quantum malum sit, de-
 speratio ueniæ, uerum etiam quā immensa sit dei miseri-
 cordia, cuius hodie suscepimus encomion, quæ tales
 etiam homines tolerat ac differt ad poenitentiam.
 Ac fortasse nobis placemus, quod inter nos rara sunt
 exempla criminum quæ modo cōmemorauī, sed quid
 refert, si lingua non sonet blasphemiam, quum mul-
 torum tota uita nihil aliud loquatur, quā blasphemias
 in deum? Qui gulæ seruiunt, uentrem pro deo co-
 lunt, qui sine fine per fas nefasquē congerendis opibus
 inbiant, qui per cædes, proditiones, ueneficia, magi-
 cas artes grassantur ad honores, qui tyrannide pau-
 peres opprimunt, qui ut suo obsequantur animo, bel-
 lorum incendijs miscent orbem, nec in his tantis ma-
 lis perseuerantes erubescūt aut respiscunt, sed sum-
 pta fronte meretricia, gloriantur etiā in rebus pes-
 simis, irridentes interim piorum uitam, nonne isti fa-
 ctis ipsis loquuntur, non est deus, & uana sunt dei p-
 missa, inanes sunt dei minæ, mendax est euangelicus
 sermo beatitudines cœlorum tribuens his qui hic lu-
 gent, qui sitiunt & esuriūt iustitiam, qui mites sunt,
 qui persecutionem patiuntur, qui maledictis inces-
 suntur ob iustitiam? Hac blasphemia quid esse po-
 test detestabilius? Et tamen si quid esse potest peius

DE MISERICORDIA DO:

eo quod pessimum est, omni lerna scelerum peior est. desperatio. Impius uidens sibi impune licere quicquid libet, elatus rerum successu, dicit in corde suo: Non est deus, & non est scientia in excelsis, nec sunt illi curae res mortalium. Porro quæadmodum minus iniurius est in hominem, qui non credit illum esse, quam qui credit illum esse crudelem aut uanum: ita leuius impij sunt, qui prorsus negant esse deum, quam qui credunt illum esse inexorabilem, spoliantes eum ea uirtute, sine qua reges iam non reges sunt, sed tyranni. At quisquis abiecta spe ueniæ, deijcit sese in desperationis barathrum, is non solū non credit deū omnī potentem, existimans aliquod esse flagitium, quod ille non possit diluere, uerum etiam facit illum mendacem. Pollicitus est ille per prophetam se protinus cōmissorum omnium fore immemorē, simul atq; peccator ingemuerit. Contra, Caina posteritas dicit: Maius est peccatum meum, quam ut ueniam merear. Quid ais impie? Si deus uictus magnitudine peccati, non potest ignoscere, detrahis illi omnipotentiam: si non uult, quod potest, mendax est & uanus, qui nolit prestare, quod toties promisit per ora prophetarum. Infinitum est, quicquid in deo est. Tria sunt autem in illo præcipua, summa potentia, summa sapientia, summa bonitas. Quanquam autem potentia solet ascribi patri tanquam peculiaris, sapientia filio, bonitas spiritui sancto, tamen nihil horum est.

MINI CONCIO D. ERASMI.

rum est, quod non sit omnibus personis ex aequo cō-
 mune. Summam potentiam declarauit solo nutu con-
 dito hoc opere mirabili, cuius nulla pars est nō ple-
 na miraculi, ipsis etiam culicibus & araneis cla-
 mantibus opificis immensam uirtutem. Rursus quū
 diuidit undas maris rubri, dum cohibito Iordanis
 defluxu pediti reddit per uinum alueum, dum pugnan-
 ti Iosue, sistit solem ac lunam, dum contactu sanat le-
 profos, uoce defunctos ad uitam reuocat, se naturæ
 dominum ostendit. Porro dum quæ incenarrabili po-
 tentia condidit, pari sapientia conseruat & guber-
 nat, demonstrat sese non minus esse sapientem, quàm
 omnipotentem. Quanquā autem nusquam non re-
 lucet illius bonitas, quando quidem hoc ipsum sum-
 ma bonitatis erat, angelos & hunc mundum con-
 didisse, quum ipse ad summam felicitatem quam ha-
 bet ex sese, nullarum rerum accessionem desidera-
 ret, tamen mortalium genus in hoc proprie con-
 didit, ut in his præcipue bonitatis ac misericordiæ
 suæ magnitudinem explicaret: siquidem hac par-
 te deus nobis uoluit non solum amabilior esse, ue-
 rum etiam admirabilior. Regis potentiam ac ma-
 gnitudinem admirantur nonnunquam & hi, qui
 oderunt aut inuident. Ceterum clementia ac be-
 neficētia amabilis est etiā his qui nō egēt, uidelicet
 contēplatiōe sortis hūanæ, p̄ quā uniuersiq; pōt incide-
 re ut egeat. At nullus est, aut fuit, aut erit hominum,
 qui non

DE MISERICORDIA DO-

qui nõ egeat dei misericordia. Quãdoquidem iuxta testimoniu scripturæ ueteris, nec astra munda sunt in conspectu dei, & in angelis suis reperit iniquitatem. Et Paulus ad Romanos clamat: Non est distinctio, omnes peccauerunt, & egēt gloria dei, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo. Nunc audiamus q̄ huic concinnat mysticus ille psalteres, qui magna spiritus alacritate iustos omnes exhortatur, ut spiritali cithara, ut Psalterio decachordo, ut cantico nouo, ut ingenti uociferatione celebrent dei gloriam. Diligit, inquit, dominus misericordiam & iudicium, misericordia domini plena est terra. Semel duntaxat mentio est facta iudicij, sed misericordie mentio repetitur, cum hoc elogio, qd̄ hac plena est terra. Ausim & illud addere, sancti Iob & Apostoli fretus autoritate, misericordia domini non solum terram esse plenam, sed & cœlũ & inferos. Quid canit Psalmus. XXXV. Domine in cœlo misericordia tua, & ueritas tua usq; ad nubes. Senserunt inferi misericordiam domini, quum refractis tenebrarum portis, educeret iunctos in regnum cœleste. Si quis contempletur opera dei, quæ iuxta mysticam Mosi narrationem perfecit primis sex diebus, non poterit non uehemēter admirari potentiam & sapientiam ineffabilem, & exclamare uoce totius ecclesie: Pleni sunt cœli & terra gloria tua. Nec sibi temperabit, quin erumpat in hymnum trium p̄

MINI CONCIO D. ERASMI

Trium puerorum: Benedicite omnia opera domini,
domino: laudate & superexaltate cum in secula.
Quicquid conditum est in caelis, quicquid supra coe-
los, quicquid in terris, quicquid sub terra, quicquid
in aquis, quicquid in aere, perenni uoce praedicat glo-
riam domini. Sed quid dicit psalmus. CXLIII. Mi-
serator & misericors dominus, patiens & multum
misericors. Suavis dominus uniuersis, & miserationes
eius super omnia opera eius. Ergo est aliquid mi-
rabilius, quam condidisse coelos cum tot siderum hu-
minibus, condidisse terram cum tanta animantium,
arborum, ac rerum omnium uarietate, condidisse tot
angelicarum mentium agmina? Quis hoc auderet
affirmare, nisi propheta clare pronunciatet, mise-
rationes domini superare reliquorum omnium illi-
us operum gloriam. Et tamen non dubitabit hoc ef-
se uerum, quisquis religiosa curiositate considera-
uerit, quanto mirabilius restituerit hominem, quam con-
diderit. An non mirabilius est, deum esse factum ho-
minem, quam angelos esse conditos a deo? An non
mirabilius est, deum inuolutum pannis uagire in
praesepi, quam illum regnare in caelis quos condidit? Hic
demum angeli, uelut in facto omnium maxime stu-
pendo, canunt gloriam in altissimis deo. Vident in-
firmam humilitatem, & agnoscunt excelsissimam sub-
limitatem. Totum hoc consilium redimendi gene-
ris humani, Christi uita, Christi doctrina, Christi
miracula

DE MISERICORDIA DO. :

miracula, afflictio, cruce, resurrectio, appa-
 ritio, ascensio, missio spiritus, per paucos humiles et idiotas ho-
 mines innouatus orbis: hoc, inquam, consilium non-
 ne undiq; miraculis plenum est, ipsis etiam angeli-
 cis spiritibus imperuestigabile? Conditi mundi ra-
 tionem uident & intelligunt impij demones, instau-
 rati mundi consilium latuit illos, atq; hic ars artem
 fefellit, ars misericordie fefellit artem malitie. Cō-
 ditus mundus opus erat potentie: sic restitutus mun-
 dus, opus erat misericordie. Cormua, iquit Abacuc,
 in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.
 Quid cruce despectius? quid infirmius crucifixos?
 At sub illa infirmitate latebat immensa potentia di-
 uine misericordie, que fregit, deuicit, contriuit uni-
 uersam satane tyrannidem. Idem propheta quū ha-
 beret aures eruditas, quum haberet oculos fide per-
 spicaces, audiuit uniuersam hanc mundi fabricam
 ex omni parte narrantem dei magnitudinem, & ex-
 timuit. Considerauit opera illius, & obstupuit. Et ta-
 men quasi in his omnibus parum adhuc esset perspi-
 cua dei magnitudo, subiiecit quod hec omnia uince-
 ret opera. In medio duorum animalium cognosceris.
 In confinio ueteris ac noui testamenti factus homo,
 prodidit illud unice stupendum misericordie sue mi-
 raculum. Nimirū hoc est quod mox adijcit prophe-
 ta: Quū iratus fueris, misericordie recordaberis.
 De his qui miranda gesserūt, solemus dicere: In cete-
 ris uicis

MINI CONCIO DE RASMI.

vis uicit omnes, in hoc uicit seipsum. De deo fas est
 simile quiddam dicere: In omnibus factis suis deus
 incomparabilis est & inimitabilis, in misericordia
 superat seipsum. Nullam autē uirtutem literę diu-
 ne sic attollunt in deo, ut misericordiam, quam ali-
 quando magnam, aliquando nimiam appellant, ali-
 quando multitudinis quoq; numero copiam exube-
 rantē illius exaggerant. Rex ille propheticus eodē
 in loco magnitudinem ac multitudinem diuinę mise-
 ricordię complectitur: Misere mei deus, secundū
 magnam misericordiam tuam, & secundum multi-
 tudinē miserationum tuarum dele iniquitatē meam.
 Vbi magna miseria est, ibi opus est magna miseri-
 cordia. Si consideres q̄ atrox fuerit peccatum Da-
 uid, agnoscis misericordię magnitudinem, si repu-
 tes quot modis peccarit in uno crimine, uides multi-
 tudinē miserationum eius. Nunquam ingens flagi-
 tium solum cōmittitur, culpa culpam, uelut in cate-
 nis ansam ansa, trahit. Primum duo capitalia faci-
 nora coniunxit, homicidium & adulteriū, utrunq;
 grauius erat in rege, cuius officiū erat in alijs talia
 cōmissa punire. Principes enī quo impunitius peccāt
 apud hoīes, hoc grauius offendūt deū. Gladiū gere-
 bat ultorē homicidij & ipse ppetrat homicidiū. Per
 illū adulterę tradebātur lapidātibus, & ipse cōpel-
 lit ad adulteriū. Porro adulteriū etiā illud peculiari-
 ter exaggerat, qđ quū domi haberet uxorū greges
& cōcu-

DE MISERICORDIA DO-

& cōcubinarū, tamē non ex inopia, sed ex lasciuia cō-
 cupiuit alienā, ut raptō potius quān stupro delecta-
 ri uisus sit. Neque enim par crimen est eius, qui co-
 ctus egestate suffuratur aliquid diuiti: & eius q̄ do-
 mi opulentus, tenuem ueste quam habet unicam spa-
 liat. Hanc criminis atrocitatem impingit illi Na-
 than propheta sub parabola diuitis raptoris, et pau-
 peris spoliati. Iam nullum homicidij genus immani-
 us, quān quod non casu, aut subita animi commotio-
 ne, sed destinato consilio, captata opportunitate com-
 mittitur. Nihil commeruerat Vrias, nouerat rex il-
 lum fidelem, & hac ipsa hominis synceritate abusus
 est ad illius exitium. Ille nō sustinuit ingredi domum
 suam cubiturus cum uxore, quod arca dei teneretur
 sub pellibus, & Ioab dux belli cum populo dormiret
 bumi: nec tanta probitas hominis auertit regis ani-
 mum à maleficio. Postridie uocatum ad coenam ineb-
 briauit, captans occasionem perdendi illum, si quid
 per temulētiam incircumspectius effutisset: nec temus
 lentus Vrias sustinuit ingredi domū suam, fruiturus
 uxore. Additus est alius dolus, quo fortis ac fidus bel-
 lator interiret. Tradita est epistola homicida nihil
 suspicanti, quod rex ob perspectam hominis synceri-
 tatem non metuebat ne resignatam legeret. Commu-
 nicata est homicidij culpa cum duce Ioab, quemad-
 modum cum Bersabee cōmunicarat adulteriū. Nec
 unus perijt Vrias, uerū ut lateret fraus, cōplures uo-
 cati sunt

MINI CONCIO D. ERAS.

*cati sunt in discrimen, magna uis hominū iaculis hostium obiecta est, ut unus innocens interimeretur, regis libidini locū daturus. Igitur in uno crimine quantum inest criminum? Si unicum fuisset flagitium, sed ingens, opus erat magna misericordia. Nunc David uidens multiplex ac uariū esse peccatū suum, implorat multitudinē miserationum. Quam uero late pateat dei misericordia, declarat psalmus trigesimusquintus: Homines, inquit, & iumenta saluabis domine, quemadmodū multiplicasti misericordiam tuam. Deus non solum seruat homines, uerū etiam iumēta propter homines seruare dignatur. Rursus alibi quē exultat spiritus propheticus, quum ait: Misericordias domini in eternū cantabo. Et in coelis igitur semp huiusmodi celebratur dei misericordia, quēadmodum dicit & alius psalmus: Confitemini domino, quoniam bonus, quoniā in seculum misericordia eius. Atqui uidebatur futurus finis misericordiæ, posteaquē uenisset finis omnis miseriæ, nisi et ipsa felicitas, qua pij fruuntur in coelis, donū esset misericordiæ, et ipse cruciatus impiorū multa dei misericordia temperatus esset. Quid autē dicendum est, ubi tota uita mille malis et omni uitiorū lerna undiq; corrupta est? Nimirū clamandū cum Asaph: Domine ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū, cito anticipet nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Rursus alibi: Misericordiæ tuæ multæ domine, secun
b dum*

DE MISERICORDIA DO-

- Psalmo. 88.** dum eloquiū tuum uiuifica me. Iterū alio in loco Dauid uelut ex postulans cū deo, clamat: Vbi sunt misericordie tue antiquae domine? Rursum psalmo centesimo sexto: Confiteatur domino misericordie eius: & mirabilia eius filijs hoīm: qui uersus uelut intercalaris in hoc psalmo subīde repetitur. Itē in psalmo qui p̄xime p̄cedit: Et dedit nos in misericordias in cōspectu oīm qui ceperant eos. Misericordias dixit, q̄a multa cōmemorauerat impie facta, q̄bus irā dei p̄uocarāt. Et Dauid undiq; p̄mētibus malis, ait: Melius est, ut incidā in manus domini, multae enim misericordie eius sunt, q̄ in manus hoīm. Frequāter ut in uno crimine multa īsunt crimina, ita ī una misericordia multae īsunt misericordie. Semel redemit genus humanum, sed hic q̄ multiplex īest misericordia? Id oculo fidei p̄spiciens Esaias, ita loq̄tur sub p̄sona dei p̄mittentis seruatorē Iesum: Et feriā uobiscū pactū sempiternū, misericordias Dauid fideles. Simili tropo deus placatus, loq̄tur apud Hieremiā: Et dabo uobis misericordias, & miserebor uestri. Multis urgētibus malis, multae promittuntur misericordie. Similiter post multas afflictiones deus p̄pitius factus populo suo, sic loq̄tur apud Zachariā: Reuertar ad Hierusalem in misericordijs, & domus mea edificabitur. Sed qd̄ recensemus hęc ex ueteris testamenti libris, in quibus toties obuiū est misericordiarū nomē? Et tamen ea lex à iusto deo, nō à bono profecta quibusdam

MINI CONCIO D. ERASMI.

busdam hæreticis creditur, quã nihil aliud ferè cre
 pet quàm misericordias domini. Quo minus miran-
 dum, si Paulus apostolus in secūda ad Corinthios epi Cap. 1.
 stola consona uerbis propheticis, scribit hunc in mo-
 dum: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu
 Christi, pater misericordiarũ, & deus totius conso-
 lationis, qui consolatur nos in omni tribulatione no-
 stra. Apostolus aliquid addidit misericordiæ. Nam
 misericordiæ est ignoscere quod commissum est: hic
 qđ maius est, deus ex ultore fit consolator. Hæc ideo
 repetiuimus ex arcanis libris, ut itelligamus hoc tro-
 po sermonis significatã immensam & ineffabilẽ er-
 ga oēs & in oĩbus malis, dei misericordiã. Idẽ indica-
 tum est alio tropo, qui uel anadiplosis est, quam lati-
 ne possis uocare conduplicationẽ, uel anadiplosi fini-
 timus. Etenim quemadmodũ Hebræi bonũ bonũ uo-
 cant, qđ eximie bonum uideri uolunt: & malũ ma-
 lum, qđ insignite malum, ita frequenter deus in ar-
 nis literis misericors & miserator dicitur, ob excel-
 lentẽ misericordiæ magnitudinem. Sic legis psalmo
 C. XLIII. Miserator & misericors dominus: et qua
 si hoc quoq; parũ esset, adiecit: patiens, et multũ mise-
 ricors. Rursus alio psalmo: Memoriã fecit mirabilũ
 suorũ misericors et miserator dominus. Consimiliter
 apđ Iohelẽ: Scidite corda uestra et nõ uestimẽta ue-
 stra, misericors enĩ et miserator est dominus, et agēs
 poenitentiã sup malitijs. Et apđ Hieremiã: Idcirco Hieremie. 31

DE MISERICORDIA DOMINI

turbata sunt uiscera mea super eum, miserans miseror eis, ait dominus. Quid est miserantem miserari, nisi supra modum misereri? Eodem pertinet, quod quum immensum sit, quicquid est in deo, tamen quod apud homines in uitium sonat, id illi uidentur tribuere sacrae literae, nimiam quandam & immodicam misericordiam. Hoc dictum sic accipiet uestra pietas, ut per sua nihil esse in deo, quod ulli uitio sit obnoxium, intelligat hoc tropo scripturam sese ad humanos sensus accommodantem significare miram quandam & incredibilem hyperbolen misericordiae diuinae. Quod ut explanatius dicam, uosque rectius accipiatis, sic uestro cum animo perpendite. Si quis rex seuetas leges tulisset in homicidam, semel condonanti perpetratum homicidium, fortassis adscriberetur clementiae. Quod si idem eidem iam decies ac saepius in idem facinus reuoluto condonaret, nonne clamarent omnes immodicam esse regis clementiam, quae legum uigorem dilueret, & improbitatem ad peccandum inuitaret impunitate? Item pater, qui semel aut iterum filio pecuniae nequiter profuse ueniam daret, fortassis lenis ac mitis diceretur. Idem si saepius peccanti subinde pecuniam crederet, nonne dicerent omnes, immodice lenis est, & indulgentia sua corrumpit filium? Multo iustius id diceretur, si idem faceret seruo. Ad haec, si quis maritus uxorem semel in adulterio deprehensam reciperet in gratiam, non mirum oes admirarentur tam lenem inueniri maritum,

q. talē

MINI CONCIO D. ERASMI.

qui talē mulierē dignaretur suo cubiculo. At idem si
 mulierē subinde fallentē coniugij fidē, & nunc huic
 nunc illi adultero sese cōglutinantē receptaret, nōn
 ne totus populus diceret eum aut insigniter fatuum,
 aut uxoris suae lenonā? Deus aut, qui rex est noster, q̄
 pater est, q̄ dominus, q̄ sponsus, nullū excipit peccati
 us, nullū praeſcribit peccandi numerū, quoties re
 ligi^{us} minus remittit poenā, quam aeterna lex illius cō
 ligi^{us} est, recipit in familiā, introducit in cubiculū
 charitatis suae, nec recipit solū, uerum etiā omniū ad
 missorū obliuiscitur. Quem perditā humeris suis re
 ducit ad caulas, inuitat sanctorum ecclesiā ad cōmu
 ne gaudium, occurrit filio prodigo redeūti domum ē
 longinqua profectioe, profert stolam & anulum,
 iubet occidi uitulum insignem. Quid haec sonant ali
 ud, quā immodicā quandā de nimiā, ut ita dixerim
 dei misericordiam? Tam uero minus mirū uideatur, si
 homo sepius ignoscit homini peccanti, q̄ & ipse sit
 aliquando prolapsus in eadē peccata, aut certe pro
 labi possit, si rex ignoscat ei, cuius officium aliquan
 do expertus est sibi commodo fuisse, aut pater condo
 net filio, cuius consuetudine sentit subleuari senectutē
 suam, si dominus gratiā faciat seruo, cuius opera iu
 uetur, si maritus adulterae, cuius cōuictum expertus
 sit aliquando fuisse iucundū. Inter homines nonnunq̄
 metuit is, qui cognoscit eum cui condonat, nonnunq̄
 ulcisci nec potest, si uelit. At deus qui nullius est indi

DE MISERICORDIA DO-

gens, q̄ nutu potest si uelit, pdere, toties à nobis spre-
 tus, desertus, abnegatus, tolerat, inuitat, recipit, im-
 plectitur. Vt nō est uehementior charitas, q̄ inter ma-
 ritum & uxorem, non arctior coniunctio, ita non est
 implacabilior ira, q̄ prodiæ fidei coniugalis. Et ta-
 men audi quid apud Esaiam loquatur lenis dominus
 adulteræ suæ, tot adulterijs pollutæ: Vulgo dicitur,
 si dimiserit uir uxorem suam, & illa recedens ab
 duxerit uirum alterum, nunquid reuertetur ad
 trā? Nunquid non polluta erit & contaminata mis-
 er illa? Tu aut̄ fornicata es cum amatoribus multis,
 & tamē: Reuertere ad me, dicit dominus, & ego sus-
 cipiam te. Homo maritus uxorem, quam ipse fortas-
 sis ob leuem culpā aut causam dimisit, non recipit, se
 post diuortiū se iunxerit alteri uiro. Non enim pati-
 tur alterius iūri consortiū maritalis amor. Deus aut̄
 sponsam suā, pro qua mortuus est, quā sibi suo sangui-
 ne purificauit, toties ultrò fugientem, seq; prostitu-
 entem immundis spiritibus, tamen nō fastidit reuer-
 tentem. Nec mirū est, si nimiam habet misericordiā,
 qui nimiā habet erga nos charitatē. Nō ueretur hoc
 scribere Paulus Ephesijs: Eramus natura filij iræ, se-
 cut & ceteri, deus aut̄ qui diues est in misericordia,
 ppter nimiā charitatē suā, qua dilexit nos, & cū es-
 semus mortui peccatis cōiunificauit nos in Christo.
 Planius exprimit nimiā patris erga nos charitatem
 Iohānes ī euāgelio suo. Sic, inqt, deus dilexit mūdū,
 ut filiū suū unigenitū daret, ut oīs qui credit in eū, nō

Esaiæ. 3.

Ephē. 2.

Iohā. 3.

peccat, sed habeat uitā aeternā. Cui cōgruēter succinit
 Paulus scribens ad Ro. Qui etiā proprio filio suo nō Ro. 8.]
 peccit, sed pro nobis oībus tradidit illū, quō non etiā
 cū illo oīa nobis donauit? Hęc tāta charitas, hęc tan
 ta misericordia si cōferatur ad oēm humanā charita
 tem ac misericordiā, si ad merita nostra, nōne meri
 to uideatur immodica? Atqui id sanē magis uerū ef
 fe liquebit, si ppenderimus qualis sit ille, qui sic nos di
 ligit, sic sua misericordia psequitur, quales nos, quos
 deus tanto dignatur honore. In se quisque descendat,
 post nomen in baptismo datum, post abiuratum sata
 nam cum pompis suis, quoties sacramēti desertor ad
 hostem sponsi sui defecerit, quoties post acceptā à sa
 cerdote criminum absolutionem in grauiora rela
 psus sit, imō quoties eodem die recidat in ea que dete
 status est. Nemo sibi blandiatur, charissimi, quisquis
 furatur aut adulterium committit, quisquis inuidet
 aut obtrectat fratri, quisquis ambit honores huius
 mundi, deseruit spōsum suum Christum, diuertit à pa
 tre suo, defecit à rege suo, profugit à domino suo. Sed
 de his plura dicēdi fortasse paulo post dabitur locus
 cōmodior. Nūc quo plenius itelligatis q̄ late pateat
 immēsa domini misericordia, scire debetis, q̄ i sacris
 literis misericordiae uocabulū nōmunq̄ sonat munifi
 centiā, interī gratiā praeuenientē, interdū subleuan
 tem, aliquoties cōsolantē, rursus alibi medicantē, fre
 quenter aut ignoscentē, aut etiā punientē. Nam mea

DE MISERICORDIA DO-

quidē sententia qđ apđ Lucā loq̄tur dominus: Estote misericordes sicut & pater uester misericors est, ad beneficentiam potissimū pertinet. Perfecta siquidem beneficentia est, si quis benefaciat inimicis. Explanatius hoc dixit Matthæus in simili sermone domini: Estote, inquit, uos perfecti: sicut & pater uester cœlestis perfectus est, qui solē suum oriri facit super bonos & malos, ac pluit super iustos & iniustos. Quoniam autē nihil habemus, quod non gratis accepimus à deo, quicquid possumus aut sumus, quicquid possidemus, dei misericordia est. Imò quod angelos, quod hunc mundū condidit, dei misericordia est. Si sibi condidisset, potentia aut sapientia laudari poterat, nunc quoniā hæc omnia nobis condidit, nonne agnoscimus immensam dei misericordiā? Cui uoluntur orbis cœlestes, cui lucent sol per diem, luna cum stellis per noctem, nisi homini? Cuius usibus hæc omnia condita sunt quū nihil essent, cui pendulæ nubes umbrā faciunt & arua rigant? Cui spirant aere, cui fluunt amnes, scatent fontes, æstuant maria, stant lacus, cui tellus foecunda tantū gignit animalium, tantū gignit opū, nisi homini? Nihil enim omnium rerū non subiecit homini, solum hominem uoluit sibi subiectū esse. Quæ admodū testis est & Paulus ad Corinthios scribēs: Omnia uestra sunt, uos autem Christi, Christus autē dei. Et quod in Genesi narrat Moses, repetit psalmus octauus, admirās dei bonitātē, qui pro sua misericordia tantū beneficiorum

MINI CONCIO D. ERASMI

*in hominē contulerit. Quid, inquit, est homo, quod
 memor es eius, aut filius hominis, quoniā uisitas eū?
 Minuisti eū paululum ab angelis, gloria & hono-
 re coronasti eū, & constituisti eū super opera ma-
 nuum tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues
 & boues uniuersos, insuper & pecora campi, uolu-
 cres cœli & pisces maris. Dicam adhuc, quod subli-
 mius est, etiam angelos cœlestes debemus misericor-
 diæ domini. Sit leue pondus meo sermōni, ni Paulus
 hoc clare docet scribens Hebræis, etenim de angelis Hebræ. i.
 loquens: Nōne, inquit, omnes sunt administratorij
 spiritus, in ministeriū missi propter eos, qui heredi-
 tatē capiunt salutis? Et in ueteri pariter ac nouo te-
 stamento frequenter legimus angelorū ministerio
 refocillatos famelicos, liberatos captiuos, propugna-
 tas regiones, depulsa mala, leto nuncio recreatos pi-
 os. Quin ipse dominus in Euangelio: Angeli, inquit,
 eorum semper uident faciē patris, qui in cœlis est.
 Quid hac dignatione mirabilius, homunculis addi-
 tos angelos pædagogos? Ergo quicquid habes ho-
 mo, habes autē omnia, donec manseris in Christo, to-
 tum hoc illius misericordiæ feras acceptū. Alioqui
 Paulus obstrepet tibi: Quid habes homo, quod non
 accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris quasi non ac-
 ceperis? Porrō quicquid mali uideris in alijs, agno-
 sce dei præuenientem misericordiam, de qua Dauid
 non uno in loco: Et misericordia eius præueniet me.*

b 5 Nō es

DE MISERICORDIA DO-

Non es natus nothus, claudus aut cæcus, non pau-
 per, non hebetis ingenij, quemadmodum nascuntur
 multi, age gratias misericordiæ præuenienti. Quic
 quid malorum accidit homini, tibi poterat accide-
 re, nisi tui tutelam egisset dei misericordia. Rursus
 non es adulter, non periurus, non homicida, non sa-
 crilegus, quæ admodum sunt heu nimiū multi, agno-
 sce dei misericordiam, hoc enim eras, nisi te p̄texis-
 set dei misericordia. Quum Phistonomus quidā de
 Socrate pronunciaisset, quod esset homo luxus au-
 dus & immoderatæ libidinis, discipulis, quibus nota
 erat præceptoris incredibilis temperantia, partim
 irridentibus hominem, partim etiam indignātibz,
 Socrates & illos cohercuit, & illum subleuauit, di-
 cens, rem diuinauit. Hæc omnia erā, ni me philoso-
 phia docuisset tēperantiā. Sed rectius, qd' Socrates
 tribuit philosophiæ, uir optimus Franciscus tribuit
 diuinæ misericordiæ. Quū enim quodā tēpore soci-
 us eius sic ab ipso iussus, coniecisset in eū quicqd cō-
 uitiorum in hominē scelerosum dici posset, sacrile-
 gum, parricidam, sycophantam, stupratorem, uene-
 ficum appellās, patiētissime tulit, ac semetipsum de-
 plorauit. Alio uero tēpore roganti socio, quur com-
 pulsus esset, ut tanta mendacia diceret in innocentē,
 nihil enim horū in ipsum competere: Nihil, inquit,
 mentitus es, omnia hæc eram, & multo etiam plu-
 ra, ni misericordia dei seruum suum seruasset ab his
malis.

MINI CONCIO DERASMI.

malis. Nec præuenit nos solū dei misericordia ꝑꝛouocans ad pietatē, uerum etiam conantes adiuuat, commitatur proficiētes, deniq; largitur ut perficiamus quod hūane uires præstare nō poterant. Huiusmodi misericordiæ genus mihi uidetur significare Paulus Apostolus, quum aliàs frequenter, tum in salutationibus imprecans gratiā & pacē, in epistolis ad Timotheum addit etiam misericordiam. Etenim citra præiudiciū melioris sentētiæ si quis adferet, mihi uidetur gratia pertinere ad uocationē, uocamur autē per fidē, hoc est, credulitatē. Ea fides gratuitū est dei donum, & ob id quibus id contingit, debent diuine misericordiæ. Misericordia ad charismata, quæ uariæ distribuūtur cuiq; pro modulo fidei. Pax ad totius uitæ innocentiam, sine qua nec cū deo cōstat amicitia, nec cū fratribus uera cōcordia. Quoties autē eripimur à malis, quibus affligimur, ne tribuamus astris, ne fortunæ, ne prudētia nostræ, totū misericordiæ dei adscribamus. Nemo peccatorum uinculis irretitus liberari pōt, nisi subueniat diuina misericordia. Docet hoc Psalmus cētesimus uigesimus nonus: Quia apud dominū misericordia, & copiosa apud eum redēptio, & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Porro qđ ex corp'alibus etiā malis eripit dei misericordia, declarat Paulus scribēs Philippēsibus: Epaphroditū egrotasse usq; ad mortē, sed deus, inq̄, misertus ē eius, nō solū autē eius, uerū

DE MISERICORDIA DO-

plus uerū & mei, ne tristitiam habere super tristitiam. Neq; quicq̄ interest inter misericordiā subleuantē, & consolantē, nisi quod subleuamur ademptis malis quibus premebamur: ceterū adest misericordia consolatrix, quoties in medijs afflictionibus letarum rerū admixtu temperat aduersitatis molestiam, faciens cū tentatione prouentū, ut inquit Paulus, quo possimus sustinere. Atq; hæc ipsa mala frequēter immittuntur à miserāte deo, quo nos uel purget à malis admissis, uel retrahat ab admittēdis, uel ut uirtutis exercendæ materiam subministret. Ita tētatus est Abraham, ita Iob uarijs malis exercitus, ita q̄cunq; unq̄ pie uixerunt in Christo Iesu, in mūdo hoc uelut aurū igni, uarijs afflictionibus probati sunt. Vbi sunt isti, qui deo obmurmurant, quoties incidit morbus corporis aut mors liberorū, aut uxoris, quoties res familiaris damno minuitur, quoties fallunt agrorum prouentus, non intelligentes hæc esse certissima signa miserētis nostri dei? Audiamus po-

Prouer. 3. *tius quid nos admoneat Solomon: Disciplinam domini fili mi ne abijcias, ne ue deficias, cum ab eo corripis: quē enim diligit dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Eandē sententiam uerbis*

Hebræ. 12. *non uihil mutatis, ad Hebræos repetit Paulus: Quē enim diligit dominus, castigat: flagellat autē omnē filium, quē recipit. Ergo dilectissimi fratres, quoties ingruit aduersitatis pcella, iuxta Pauli consiliū, in*
disciplina

MINI CONCIO D. ERASMI

disciplina perseuerate, sciētes quod tanq̄ filijs offē-
 rat se uobis deus. Audite uocē misericorditer corri-
 piētis filios suos patris in Psalmo octogesimo octa-
 uo: Si iustitias meas prophanauerint, & mandata
 mea nō custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eo-
 rum, & in uerberibus peccata corū. Misericordiā
 autē meā nō dispergam ab eo, neq; nocebo in ueri-
 tate mea. Sic & Paulus filijs, quos amabat, minita- 1. Corin. 4
 tur dicēs: Quid uultis, in uirga ueniam ad uos, an in ibi. 5.
 spiritu lenitatis & mansuetudinis? At idē: De his, in
 quit, qui foris sunt, quid attinet me iudicare? Nullā
 uox acerbior filijs quā cū audiunt a patre, agite
 quicquid libet, mea nihil refert. Siquidē hic est ser-
 mo meditantis abdicationē. Nimirū hęc parentum
 lenitas quauis obiurgatione durior est. Vt igitur est
 crudellis indulgētia, ita ē misericors correptio. Cor-
 ripiet, inquit, me iustus in misericordia, & increpa-
 bit me, oleū autē peccatoris non impinguet caput
 meum. Paulus Aemilius Romanus dux rebus miro
 successu ex sententia gestis, magnum aliquod malū
 imminere diuinabat. Et Polycrates Samiorū tyran-
 nus conatus est fortunæ perpetuo blandientis inui-
 diam anuli pretiosissimi iactura redimere. Quanto
 magis nobis impie uiuentibus metuendum est, ne iu-
 sta dei uindicta imineat, quoties nobis rerū tēpora-
 liū diu blāditur prosperitas. Deus enī in p̄pheticis
 litteris, quū implacabilē irā exprimere uult, cōmi-
 nat

DE MISERICORDIA DO-

natur sese ablaturū uirgā suā ab illis, nec ullis afflictionibus medicaturū peccatis illorū. Absit à nobis charissimi, talis felicitas. Quin potius, si quid serenitatis indulget patris nostri misericordia, gratias agamus illi, solliciti necubi abutamur illius benignitate: sin urgent aduersa, nihilo secius illi gratias agētes, totos nos illius dedamus arbitrio. Vt corpe ualeas, permittis te medico homini, credis te chirurgo ligandū, secandū, uendū: ut anima salutē eternam cōpares, non credes te conditori, domino, patri, & seruatori? Non audes præscribere medico, hac & hac ratione curato me, & deo præscribemus quomodo oporteat nostræ saluti consulere? Paulus Apostolus tolerat angelū Satanae, sibi iminentē & colaphos impingentē, quod sic expediret ad dotiū, quas acceperat, custodiā. Quum infirmor, inquit, tunc fortis sum. Et libētē gloriatur in infirmitatibus suis, ut possideat inhabitantē in se uirtutē Christi. Nos qui fumus, qui deprececur hanc dei misericordiā, uarijs afflictionibus uelut amaris pharmacis salutē nostram procurantis? Vulgus ubi quem uidet claro genere prognatum, in re splendida, corpore felici, cumulatū honoribus, dicere solet: Quantum ille debet deo? Sic iudicant homines, felicitatē aestimantes ex his que foris uidētur. At si quis rē ad dei iudiciū exigat, se penumero plus debet misericordiæ dei obscuro, tenuis, ualetudinarius, abiectus inter hoīes, quā se

MINI CONCIO D. ERASMI.

quã felices illi, quos imperita multitudo dijs equat. Congere quantũ uoles infelicitatũ iuxta mundum, abũde felix es, si istis malis tēporarijs redimis felicĩtatē eternã. Iam ignoscentē misericordiã, quam & clementiã uocamus, nemo nõ agnoscit, nisi qui se credit immunē ab omni peccato. Sed quid ait Iohãnes apostolus: Si dicimus nos nõ habere peccatũ, mendaces sumus, & ueritas in nobis nõ est, si nec astra sunt mũda in cõspectu dei, si & in angelis suis reperit iniquitatē, si nemo purus est in cõspectu dei, nec insans unius diei, quis nostrũ gloriabitur se castũ habere cor? Apud hoĩes multi iusti uidētur, apud deũ nemo iustus est, sed omnes iustitiæ nostræ sunt ueluti pannus mulieris mēstruo profluuiocõtaminatæ. Paulus sentit legē carnis in membris suis repugnantē legi mētis & clamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Iob iusti titulo honoratur, & tamē ex dei colloquio deprehenditur nõ omnino uacare culpa. Horret etiã ipse propheta Dauid dei iudiciũ nisi multa misericordia diluatur: Ne intres, inquit, in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Nunc unusquisque nostrum descendat in cubiculum consciētiae suæ, considerans quot modis, quoties, quã grauiter offenderit deum, q̃ omnia etiam benefacta nostra sint uarijs uitijs inquinata, atq; ita intelliget quantum debeat immense dei misericordie, qui nostrã imbecillitatē

I. Ioban. 1.
Esa. 64.
Ro. 8.
Iob. 1.
Psal. 142.

DE MISERICORDIA DO-

Exodi.14.

cillitatē tam patienter tolerat, q̄ tot occasionibus in-
 uitat ad poenitentia, qui respiscens tam placide
 remittit oēm noxā. Addam his oibus, qd' quibusdam
 fortasse nō uidebitur admodū pbabile, quū deus im-
 pios ad summū malitię p̄fectos p̄dit, & in gehēnā
 conijcit, nec hic illū obliuisci misericordię suę. He-
 bręos diuisis maris fluctibus liberat, Pharaonē cum
 suis satellitio mergit. Vtrobiq; erat misericordia, sub-
 lenans erga populū suum, puniens erga regē depla-
 rata iā malitię, ne peccata peccatis accumulās, gra-
 uiores etiā gehēne poenas sibi colligeret. Misericor-
 dię medicātis erat, q̄ illū tot plagis inuitat ad poe-
 nitentiā. Iamq; fractus malis cœpat respiscere, ue-
 rum ubi salutaris poenitentię rursus impia poeniten-
 tia ductus, dixit: Non noui dominū, nec dimittā popu-
 lum, nec tanto deniq; miraculo cōmotus, destitit à p̄-
 sequendo, sed ira cæcus ausus est sese mari credere,
 deus pro sua misericordiā deploratā malitiā oppres-
 sit, ut quādo sanari nō poterat, certe leuius interiret.
 Idē sentiendū de reliquis seueritatis exēplis, quę re-
 ferūtur in ueteris instrumēti libris, uelut de his quos
 ignis exussit, terra absorpsit, gladius extinxit, serpē-
 tes trucidarunt. Nam in euangelicis literis rariora
 sunt exēpla uindictę, sed oīa misericordię. Lenis enī
 erat correptio, q̄ Elymas subita cæcitate p̄cussus, di-
 dicit non repugnare sermoni euāgelico. Paucos Pau-
 lus tradidit satanę in afflictionē carnis, ut spiritus
silius

Actuum.13.

MINI CONCIO D. ERAS.

*saluus fieret i die iudicij, et pudore correcti sese uer-
 teret ad meliore frugē. Nullū extat seuerius q̄ Ana-
 nia et Sapphira ad Petri correptionē subita collabē* Actu. 5.
*tiū: & tamen incertū an horū animae corporis iter-
 itū seruatae sint. Ad summā, hoc ipsum qd̄ apud infe-
 ros patiūtur dānatæ malorū animae, minus est illorū
 q̄ d̄itis. Nec defuere, qui tantū tribuerent misericor-
 diae, ut impios etiā dæmones ac dānatos hoīes
 d̄derent aliquādo post lōgas seculorū p̄iodos recipi-
 endos in gratiā. Hæc opinio, quanq̄ magno nititur au-
 tore, tamen ab orthodoxis patribus reprobata est, q̄
 tantū in hoc à nobis recitatur, ut declaremus, q̄ ma-
 gni ficā de dei misericordia cōceperint opinionē eru-
 ditissimi uiri, qui noctes diesq̄ uersati sunt i sacris uo-
 luminibus, q̄ serē nihil aliud canūt, efferūt, celebrāt
 q̄ dei misericordiā. Iam si satis demonstratū est,
 quicqd̄ sumus aut habemus boni, q̄ p̄tegimur ab im-
 minentibus malis, q̄ eripimur ab opprimentibus, q̄ i
 medijs malis coelesti solatio refocillati, fortes & ala-
 cres p̄sistimus, q̄ t̄parijs afflictionibus uel erudimur
 ad poenitentiā, uel exercemur ad p̄fectā uirtutem, q̄
 non imputātur nobis cōmissa nostra, in que toties re-
 labimur, id totū esse diuinæ misericordiæ, quo magis
 huius immensam altitudinem, latitudinem & p̄fus-
 ditatē queatis p̄spicere, queso ut uos ipsos mecū pau-
 lisper contemmini, primū ea parte qua estis abie-
 ctissimi, deinde ea qua p̄cellitis, postremo circum-
 feratis*

c

DE MISERICORDIA DO-

feratis oculos ad mala quae uobis foris imminet ac cir-
 cumuallat, ac rursus ad bona, quorum spes uobis offen-
 sa est. Horum omnium contemplatio docebit nos amplitudi-
 nem misericordiae diuinae, cuius uere nec modus est,
 nec numerus. Si corpusculum hoc contempleremur, ani-
 mi nostri uel organum uel domiciliu[m], uix aliud aial re-
 perias ibecillius, abiectius, aut etiam miserius. Si quae e-
 ras originem, princeps nostri generis luteus erat. Et, si
 illud quisque consideret, quod nihil sit magnificum illud quod
 est humoris, e cuius coagulo capiunt initium humani
 foetus rudimenta, dum adhuc est in uteri foemineae late-
 bris. Tum quantum absit a nectare atque ambrosia liquor
 ille, quo nodum editus infans alitur. Non hic com-
 morabo humanae natiuitatis sordes, tantum quod sepe
 uidistis, in memoria reuocate. Quid humano partu
 miserabilius? quam diutini, quam periculosi parturietium ni-
 xus? quam miserabiles eiulatus? Tandem praeparatus et ipse pu-
 er, praeptinus a lachrymis ac ploratu uita[m] auspicatur:
 quumque natura caeteris aiantibus statim ab ortu uaria
 tribuat uel tegumenta, uel munimenta, testas, cortices,
 coria, spinas, uillos, setas, plumas, penas, squamas,
 uellera, truncos etiam et arbores cortice nonnunquam geni-
 no a frigoribus et calore tutetur: solum hominem nudum,
 et in nuda humo natali die abijcit ad uagitus statim
 ac ploratum. Quis hic non uel pullum gallinaceum
 ouo rupto praesilientem iudicet hominem feliciter? Adde
 nunc fasciarum uincula, os edentulum, linguam infan-
 tem, ocu-

MINI CONCIO D. ERAS.

tem, oculos noue lucis impatientes, ac uelut regren-
tes relictas uteri tenebras, uerticē diu palpitantem,
Summae inter cuncta aīalia imbecillitatis indicium, bre-
uiter totum imbecille corpusculum, in quo nullū mē-
brum sit qd' suo norit officio fungi. Ceterorum aīan-
tium pleraq; statim ab ortu naturae suae dotes expli-
cant. Alijs adest pernicitas, ut equis: statim ut ē mē-
brana emerfit, uolat papilio: cum leonis catulo lucta-
ri tutum nō est: p̄tinus ab ouo natāt pisces, uolunt se
magna celeritate gyrim, priusq̄ ranarum uel nomē
uel formā meruere, solus homo qd' aliud nouit natu-
rae spēte q̄ flere? Quam diu discendū ut ingrediatur,
ex quadrupede factus bipes? q̄ diu ut fari possit? ne
uesci quidē nouit, nisi doctus. Adde nūc tot morborū
genera, ut ne recēseri qdem possit, atq; hi quidē sub
inde noui, ne facile sit mederi, q̄quam inter ueteres
quoq; ☿ nothos sunt multi imedicabiles. Hi statī na-
tose excipiūt, quidā etiā unā cum hoīe nascūtur, ut le-
pra, morbus comitalis, p̄ quos multi moriuntur pri-
usq̄ coeperūt uiuere. Ne qd' interi dicā de partibus
uitiosis aut etiā pdigiosis. Iā illud mihi quisq; secū re-
putet, quot iniurijs obnoxiam expertus sit adolescen-
tiam, q̄ fugax sit iuuētus, q̄ sollicita uirilī etas, q̄ mi-
sera senectus: denique, q̄ breuis tota uita summa, ut
contingat senectus, quae tamen cōtingit paucissimis.
Quisquis uestrum etatē uirilē attigit, recolat actae
uite seriem, ac supputet, à quibus morbis, ē quantis
6 2 pericu-

DE MISERICORDIA DOMINI

periculis euaserit, agatq; gratias diuine misericordiæ. Ego uero uel inter præcipua corporis mala duxerim penitus insita nobis oim uitiorum semina. Quam tam ad iras, ad libidinē, ad luxū, ad inuidiā, ad ambitionem, ad auaritiā, ad rapinā ab ipso matris utero pcliuitatē nobiscū trahimus, quū cetera aiantia intra naturæ cupiditates pbe degant? Cum his ueteris Adæ reliquijs q̄ est oibus laboriosa colluctatio? q̄ paucis felix? Grauat^{ur} animus mole terreni corporis, et uelit nolit ad ea que pbat, demergitur. Post hæc considera q̄tum malorū agmen nos foris circūuallet, et compies multo plures interire casu q̄ morbis. Quam multos absument fulmen, terrarū cōcussio, telluris hiatus, lacuū, fluminū et mariū exundatio, aër pestilēs, uenena, noxiæ bestię, ruine, mali medici: sed non aliunde maior clades q̄ ex bellis. Verū hæc mala nō minitantur exitiū nisi corporibus. Animo quot imminet picula? à carne hoste domestico, à mundo nunc blandiente, ut strāgulet, nūc seuiente ut opprimat, à spiritibus impijs, q̄ se nōnunq̄ trāsfigurāt in angelos lucis. Quis nō expauescat horū mltitudinē, uirtēs, astutiā, malitiā, & insatiabilē pdendi libidinē? Iam uero quem nō exanimet iter hæc mala, mors oibus certa, dies incertus, extremi iudicij seueritas, gehēne nunq̄ finiendi cruciatus? Video uos ad tantorū malorū solam cōmemorationem inhorrescere, nec iniuria: sed quo plus hic uidetis malorū et piculorū, hoc plus de
 bonis

MINI CONCIO D. ERASMI.

Betis diuinae misericordiae, quae nō solū inter haec oīa
 ptegit sibi fidentes, uerū etiā haec oīa nobis uertit in
 occasionem maioris felicitatis. Quicquid est calami
 tatis, debemus peccato ueteris Adā, uerū felicitatē
 ex calamitate cū scēnore redditā, debemus noui Adā
 misericordiae, qui est Christus Iesus in oē eūū laudan
 dus oībus. Satanās expulit ē paradiso, Christus p pa
 radiso terrestri nobis apuit regnū cōeleste: serpēs im
 pulit in uarios huius uitae dolores, Christus nobis re
 stituit aeterna gaudia uitae immortalis: Satanās frau
 de sua nobis cōciliauit mortem corporalē, Christus
 misericordia sua nobis largitur uitā aeternā, cui quis
 quis sese sincero corde tradiderit, nō est qd̄ ullū ho
 stiū genus formidet. Ille uicit mundū, ille fregit uni
 uersam satanae tyrannidem, ille carnem uertit in spi
 ritū. Qd̄ uicit, potentiae est: q̄ nobis uicit, misericor
 diae est. Adoremus misericordē potentiā, et fruamur
 potenti misericordia. Oīa possumus p eū, qui nos red
 dit potentes, si modo manemus in eo: oīa possidemus
 p eū, in quo summa bonorū est oīm undiq; nos ptegen
 te, subleuante, cōsolante, locupletāte illius misericor
 dia, quemadmodū dicit psalmus ppheticus: Speran- Psal. 31.
 tes in domino misericordia circundabit. Quātis ma
 lis patent, qui fiduciā suā posuerunt in dotibus corpo
 ris, in opibus, in curribus, in equis, in mundana pru
 dentia, in meritis ac factis suis. Quibus aut̄ praesidijs
 securus est iustus? Ego autē, inquit, in multitudine mi
 c 3 fericor

DE MISERICORDIA DO-

Psalm. 15.

Misericordie tue. Ac paulo post: Domine ut scuto bonae uoluntatis tue coronasti nos. Quñ audis bonae uoluntatis, intelligis excludi fiduciã tuorũ meritorũ. Vbi deficiũt nos nature uires, ubi merita destituunt, ibi succurrit misericordia. Bellatorum scuta nõ tegunt nisi unã corporis partẽ, scutũ diuine misericordie totos nos undiq; ptegit, supne aduersus spiritaliũ neq̃tiarum ignea tela, que nobis imminet e cœlestibus: inferne aduersus uersutiã serpentis insidiãtis calcaneis nostris: à frõte ne nos ledãt instantia: à tergo, ne nos repetãt prãterita: à dextris, ne rerum successus redat insolentes: à sinistris, ne deiiciat aduersitas. Hoc scuto fretus clamat ille: Dominus mihi adiutor, nõ timebo qd̃ faciat mihi homo. Et alibi: Nõ timebo milia populi circundantis me: Sed animosius etiam Paulus apostolus scribẽs Romanis: Si deus p̃ nobis, inq̃t, quis contra nos? Induerat egregius bellator panopliã fidei, que nos munit, nõ operum fiducia, sed misericordie diuine. Hac armatura fretus, nõ tantũ contẽnit angustia, famẽ, nuditatẽ, periculũ, p̃sequutionẽ, uerũ etiã gladiũ tyranni, mortẽ presentẽ intentãtis. Nihil potest humana crudelitas, ubi adest p̃tectrix dei misericordia, imò qd̃ fortius est, cõtẽnit prãter mortẽ ac uitã, angelos, principatus, uirtutes, instãtia, futura, fortitudinẽ, altitudinẽ, p̃fundũ: deniq; siqua est alia creatura uel i cœlis, uel i terris, uel apd̃ inferos. Et hic est ille, q̃ suã ibecillitatis cõsciũs appellat seipsum

Psalm. 117.

Psalm. 3.

Rom. 8.

MINI. CONCIO D. ERASMI.

nas fittle: Habemus, inqt, thesaurũ hũc ĩ uasis ficti- 2. Cor. 4.
 libus. Vnde igitur huic teste fragili tantum roboris?
 Gratia, inqt, dei sum id qđ sum. Quid est gratia dei 1. Cor. 15.
 nisi misericordia dei? Gloriamur & nos libeter cum 2. Cor. 12.
 Paulo in infirmitatibus nostris, ut inhabitet in nobis
 uirtus Christi: sic enĩ magis expedit nobis, ut cõtem
 platione miseriarũ nostrarũ glorificemus dei miseri
 cordias. Et tamẽ interi, si placet, contẽplare teipsum
 o homo, ea parte qua præcellis ceteris aĩantibus. Et
 enim si teipsum metiare bonis corporis, uides qđ mul-
 tis aĩantibus brutis sis ĩferior, magnitudĩe supant ca-
 meli, celeritate tigres, robore tauri, colore cygni, or-
 natu pauones, salubritate pisces, si qđe puerbio cre-
 dimus: imò penè oĩa, oculorũ acie lynces & aquile,
 olfactu uultures, uiuacitate cerui coruiq;. Et tamen
 siqs corporis humani dotes cõsideret, inueniet hic in
 quo laudet dei misericordiã. Quãta sensuũ sagacitas,
 quãta membrorũ symmetria, qđ accommoda ad uarios
 usus organa? Verũ his de rebus etiã librũ edidit uir
 eloquentia singulari Lactãtius, cui titulũ indidit, De
 opificio dei Is cũ utilitate legetur, si qcquid in corpo-
 re boni est meminimus, & hoc totũ ut à dei miseri-
 cordia pfectum, mancipandũ esse diuinis obsequijs.
 Alioqui qui uolet in corporis dotibus gloriari, statim
 audiet: Omnis caro foenũ, & omnis gloria eius quasi Esaiã. 40.
 flos foeni. Item illud: Quid superbis terra & cinis? Ecclesi. 10.
 Ne in animi quidem dotibus, qua parte mirabilior

DE MISERICORDIA DO.

est hō, habet qđ sibi uindicet. Qui corpus cōdidit, idē cōdidit animū, corpus sinxit ē limo, animū indidit afflatu oris sui. Et idcirco reliquorū animātium aīa unā cū corpe perit, nostra superstes ē corpi suo, donec recipiat illud in resurrectione pmissa. Iā quā sit res efficax aīa, mors ipsa declarat, que simulatq; decesserit, iacet inutile cadauer: ubi calor, ubi calor, ubi motus, ubi sensuū omniū uigor? Et tamen dīa aīa tenetur illigata tā infelici corpusculo, nihil agēs nisi per organa corporea, que frequēter obstat, quominus natiuā uim suā exerat, quā admirabilis ē illa mētis hūane celeritas & perspicacia? Quā imēsus mēorie thesaurus? Quid ē tā abditū in arcanis natura, uel in coelis uel in terris, qđ hoīs ingenū nō obseruarit, deprehenderit, absoluerit? Magnū est, qđ multi ex astrorū situ motuq; predicunt seculis aliquot post uētura: sed maius ē, qđ ex rebus cōditis deprehēsa ē illius opificis sempiterna uirtus ac diuinitas, teste Paulo. Quāta uero uolubilitas hūani ingenij, q̄ breui spatio, q̄ multa simul cōtuetur itellēctus hoīs? Mēorie uero q̄ imēsa uis est, que tot rerū formas, tot rerū uocabula sensuū ministerio tradita, bona fide cōplectitur. Nō enī hic loquar de his, q̄ tot tā cognitu difficiles disciplinas, tot insuper linguas pdidicerūt, qđ q; didicerūt, tenēt. Cogitet apud se quis ē uobis, quot hominū facies ac noīa memoria cōplectitur, quot animātū, arborū, herbarū, locorū, aliarūq;

MINI CONCIO D. ERASMI

*aliarūq; rerū inuicribiliū formas agnoscit, ac me-
 moriter reddit uocabula? Has naturæ dotes uulgu-
 appellat, quū sint reuera diuinæ misericordiæ mūe-
 ra, quæ cuiq; partitur nō p̄ meritis nostris, sed pro
 sua benignitate. His oībus quoniā filius p̄digus abu-
 sus ē ad hūanæ uolūtatis libidinē, nō solū nō detra-
 ctū est qd̄ datū erat, sed p̄ gratiā addita est uberior
 charismatū munificētia. Per legē nos instituit, p̄fi-
 liū quē totū nobis impedit, docuit nos arcana dei, p̄
 spiritū suū locupletat aīos nostros uarijs dotibus, hu-
 manas uires superantibus. Dat intellectū mysticarū
 scripturarū, quæ nobis præluçēt & cōsolātur in oī-
 bus malis, dat præscire futura, dat loq̄ linguis, cōtē-
 nere uenēa, pellere morbos, excitare mortuos, p̄fli-
 gare noxios dæmones, dat uincere portas inferorū,
 dat esse mēbra Christi, filios dei, cōsortes regni cœ-
 lestis, cuius nō erit finis. Hic mihi reputa q̄lis fueris
 cōditus, nimirū altera ex pte luteus, deinde quanto
 infra pecudū cōditionē te deiecerit peccatū. Rursus
 ad quā dignitatē, ad quā felicitatē uoceris, & p̄spi-
 cies domini misericordias, nec nūerū habere nec mō-
 surā. Quid scarabeis contēptius? At purus est scara-
 beus, si cū peccatoris sordibus cōferatur. Quid an-
 gelis sublimius? Nōne supra modū oēm erat ex sca-
 rabeo facere angelū? Nūc hoīem scarabeo abiectio-
 rē, fecit angelo maiorem, ausim dicere, fecit deum.
 Quir enī nō ausim dicere, qd̄ audet scriptura diui-*

c 5 na? Ego

DE MISERICORDIA DO-

Psal. 81.

na? Ego dixi *lij estis, & filij excelsi oēs. Quicquid ex deo nascitur, quodammodo fit deus. Quicquid adglutinetur corpi & spiritui Christi, uenit in cōsortiū cognominū. Hic si nihil ē qđ tuis meritis possis ascribere, glorifica dei misericordiā, adora dei misericordiā, exosculare dei misericordiā. Qđ si qđ conetur hic aliquā portionē sibi quoq; uindicare, reclamabit ilico Paulus apostolus, hæc oīa gratia dei tribuēs. Oēs huius epistolæ crepāt gratiæ uocabulum: qđ quoties audis, intellige tibi cōmēdari dei misericordiam. Gratiæ est, qđ purgati sumus à peccatis, gratiæ qđ credimus, gratiæ qđ p̄ spiritū eius charitas diffusa ē in cordibus nostris, iuxta quā operamur ea, quæ sunt pietatis. Nos enī nō sumus sufficiētes aliqđ cogitare à nobis, quasi ex nobis, sed oīs sufficientia nostra ex deo ē. Si uerū dixit Paulus, ubi sunt impudētes isti, q̄ uēdūt q̄buslibet sua bona opa, q̄ si tantū ipsis domi supsit, ut possint & alios ditare? Miserabiles sunt, q̄ sic uēditant sua benefacta, maledicti sunt q̄ cōfidūt in opibus hominū. Qui priore morbo laborat, audiat, qđ in Apocalypsi audit ecclesia Laodicē. dicis: *Diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quoniā tu es miser & miserabilis, & paup, & cæcus, & nudus. Sed grauius etiā peccāt, q̄ cæteris ex bonorū operū exuberātia pollicētur diuitias. Porrò qđ suadet hmōi sp̄ssctūs? Suadeo, inq̄t, tibi à me emere aurū ignitū, p̄batū, ut uere locuples fias. Et**

2. Cor. 3.

Apo. 3.

Apo. 3.

MINE CONCIO DERASMI.

fiat. Et tu q̄ cōsciū es paupertatis tuæ, quur mēdicas à mēdicis? Si qs, inqt iacobus, indiget sapiã, postulet à Iacobi. I. deo, q̄ dat oībus affluēter, nec exprobrat. Oē datum optimū, & oē donū perfectū desursum ē descēdēs à patre luminū. Et tu petis ab hoīe uestē bonorū operū, q̄ hoc miserabilius ē nudus, quo sibi uidetur magnificētius uestitus? Agnosce tuā miserā, & parata est misericordia. Apud hoīes, q̄ iputāt beneficiū, qui repetūt officiū mutuū cū foenore, nihil charius constat, q̄ qd̄ precibus emptū ē, apd̄ deū nihil æque gratuitū ē, q̄ qd̄ duobus nūmulis emitur, precatiōe & fiducia, quādoqdē hoc ipsum pretiū largitus ē q̄ sic uēdere uult suā misericordiā. Multa iam nobis dicta sunt frēs optimi, de dei misericordia, sed lōge plura restāt dicēda, si uelimus oīa repetere ē scripturis arcanis, quæ nobis diuinæ misericordiæ magnitudinē cōmēdāt. Superest ut uos paucis cohorter, ne qs ob arrogantiā se præbeat indignūtā obuia dei misericordia, aut ob animi peruersam deiectionē desperet dei misericordiā. Post hæc paucis indicabimus, q̄bus rebus puocetur dei misericordia. Hic erit deniq; nostræ cōcionis summa, si nobis dicētibus misericordia domini adesse dignabitur. Nihil æque auersatur deus ac ceruicē elatā & contumacē: superbis enī resistit, humilibus aut dat grām. Ad hęc cecā demētīā ac demētē cæcitatē multos perducit tēporaliū rerū successus, ut uelut obliiti cōditoris sui, uiuāt ex animi sui

Iaco: 4.

DE MISERICORDIA DOMINI

mi sui libidine, adeo nō cogitātes de corrigēda uitā,
ut gloriētur etiā in malitia, potentes iniquitate. Et ut
alibi legimus: Gloriātur, quū male fecerint, & exultā-
tāt in rebus pessimis. De quibus scripsit Solomon: Im-
pius cū in pfundū malorū uenerit, contēnit. De ta-
libus & Paulus: Tradidit eos deus in reprobū sen-
sum, ut faciāt ea, quæ nō cōueniūt. Horū nōnulli sibi
ppetua malorū impunitatē pollicētes, aspñatur sa-
lubrē admonitionē, non recipiūt qcqd̄ puocare pōt
ad pœnitentiā, dicētes, habcat sibi deus coelū suū, nō
his reliquat terrā. De his loquitur Moses in canticō
suo, quū cōmēoratis multis ac magnis dēi beneficijs
in pplm̄ Israelitarū subijcit: Incrassatus est dilectus
& recalcitrauit, incrassatus, ipinguatus, dilatatus,
dereliquit deū factorem suū, & recessit à deo salutarī
suo. Depingit hoc hominum genus Psal. 72. In labore
hominū nō sunt, & cū hoībus nō flagellabūtur. Ideo
tenuit eos supbia, opti sunt iniquitate & impietate sua,
trāsierūt in affectum cordis. Cogitauerūt & locuti
sunt nequitia, iniquitatem in excelsa locuti sunt. Posue-
rūt in coelū os suū, & lingua eorū trāsuiuit in terra.
Sed audi quis exitus sequatur hāc infelicissimā feli-
citatē: Verūtāme ppter dolos posuisti eis, deiecisti
eos dū alleuarētur. Quō facti sunt in desolationem,
subito defecerūt, perierūt ppter iniquitatē suam. Ve-
lut somniū surgētū, domine in ciuitate tua imaginē
ipsorū ad nihilū rediges. Qui semet ad exēplū Lu-
ciferi erit

Psal. 51.
Prouer. 2.
Ibi. 18.

Roma. 1.

Deut. 32.

MINI CONCIO D. ERASMI

*Eiferi erigunt aduersus deum, ijs euemiet, qd in Euange-
 lio cominatur dominus: Vidi Satanam tanq fulgur de Luca. 10.
 caelo cadente. Audit & Corozaim opulenta reru flu-
 xaru ipie tumes: Va tibi Corozaim, quonia q nunc
 es sublata in caelum arrogatia tua, uindicta dei ad ife-
 ros detraheris. Tumebat quonda & Paulus fiducia
 patrie legis ferox, ac spiras minas & cades aduer-
 sus discipulos domini, ideoq; dextera dei subito pro-
 stratus in terra audit: Durum e tibi contra stimulum Actu. 9.
 calcitrare. Veru in huius facto quonia error erat,
 no puerfitas, misericordia cōsecutus est. Mox ut ille
 agnouit, dominus peccatū ignouit, nec ignouit mō,
 uerū etiā ex lupo fecit ouē, ex tyrāno apīm. Sed il-
 los manet execratio, q pseuerātes in peccatis tandē
 callo ducto nolūt itelligere ut bene agāt, q dicūt deo
 Recede a nobis, sciam uiarū tuarū nolumus. Rursus
 qui apud Esaiā loquūtur, q domino uocāte ad fletū,
 planctū, decaluationē, & ciliciū, ipsi faciūt letitiā
 & exultationē, maclātes uitulos, & imolātes oues,
 ut comedāt carnes, & bibāt uinū, dicentes: Edamus
 & bibamus, cras enī moriemur: qd; apud eūdē p-
 phetā irridet minas domini, ad pœnitentiā puocātis.
 māda remāda, māda remanda, expecta reexpecta,
 expecta reexpecta, modicū ibi, modicum ibi. Quiq;
 rursus alio loco dicunt: Nō audiemus dominū, sed in
 peccatis nostris moriemur, his, iuxta uetus puerbiū
 furor sit lesa sepius patientia, & spreta domini mi-
 sericordia*

DE MISERICORDIA DO-

sericordia uertitur in grauiore cōdenationē. Subij-
cit enī apud Esaiā dominus irrisus: Et erit eis uerbū
domini, māda remāda, māda remāda, expecta reex-
pecta, expecta reexpecta: modicū ibi, modicū ibi, ut
uadāt & cadāt retrorsū, & cōterātur, & illaqueē-
tur & capiātur. V adūt infelices, relictī suis prauis
cupiditatibus semp in peius pficiētes, cadūt in bara-
thrū impietatis, illaqueātur funiculis peccatorū, capi-
untur eterne dānatiōis sagena, ducētes in bonis dies
suos, & in pūcto ad īferna descēdūt. O uere miseros
hoīes, & exitio deuotos, q̄ tāq̄ uictime pingues sagi-
nātur ad cadē, quos nec peccatorū enormitas dedo-
cet arrogātiā, nec tāta dei lemitas emollit ad poeni-
tētiā. Dei clemētia toties peccātē tolerat, ut respi-
scas, idulget poenitētiæ spatium, nec interī aufert abs-
te benignitatē suā, dat p̄sperā ualetudinē, dat opes,
dat reliq̄ uitæ cōmoda, ueluti carbones ignis conge-
rēs sup̄ caput tuū, ut si peccatū tuū odisse nō possis,
quia p̄ se turpissimū ē, ideo saltē incipias odise, qd̄
tā amabili patri displiceat. Eschinū adolescentē in
comædijs cōpta patris mira lenitas erga peccantē
cōmouet, ut ī posterū obseruet eū religiosius, sic enī
loq̄tur: Quid hoc est negocij? hoc est patrē esse, aut
hoc ē filiū esse? Si frater aut sodalis eſset, qui magis
morē gereret? Hiccine nō amāduſ? hiccine nō inſi-
nu est gestāduſ? Hem, itaq; adeo magnā mihi iniecit
sua cōmoditate curā, ne forte imprudēs faciā qd̄ na-
lit, sciens

MINI CONCIO D. ERASMI.

lit, sciens cauebo. si bene nata ingenia parentū lenitas docet odisse peccatū, tu infelix peccator tāta patris tui bonitate magis ac magis idurescis, nec audis Paulū à demētia reuocātē? An, inq̄t, diuitias bonitatis eius, & patiētiae & lōganimitatis cōtemnis? An ignoras qđ benignitas dei ad pœnitētīā te adducit? Scđm aut̄ duritiā tuā & ipœnitēs cor thesaurizas si i iram in die iræ, & reuelatiōis iusti iudicij dei. Nulla fera tā īmanis ē, que nō māsfuecat officijs hominū, & tu tā iaudita dei munificētia puocatus, magis etiā ferocis in illū? Nulla res ē tā dura, q̄ nō mollescat hominū arte. Aera liq̄scūt fornace, ferrū mollescit igni, cornu infusa cera lētescit, adamantis inuisa durities hircino cruore domatur, & o cor plusq̄ corneū, plusq̄ ferreū, plusq̄ adamātinū, qđ nec ignis gehēne, nec patris lenissimi indulgētia, nec agni īmaculati p̄ te effusus cruor emollit: imō qđ his oībus fit rigidius, tolle trophæa, age trūphū impietatis, uicisti miser, uicisti artē diuinā, ī felicissima uictoria: Infelix terra ē, ut ait Paulus, & execratiōis p̄xiā, que quū frequēter exceptit coelestem imbrē, nihil aliud p̄gignit q̄ spinas & tribulos, quāto infelicior, q̄ toties irrigata pluuia diuine misericordiae, durescit etiā in lapidē adeo rigidum, ut nullā diuini spūs recipiat impressionē. Mosi legōtabulis saxeis inscripsit digitus dei, proinde tuum cor saxis illis rigidius est, cui nihil euangelicæ legis inscribere potest dei

DE MISERICORDIA DO-

test dei spiritus. Quis nobis scindet hæc corda saxea,
 nisi ille, cuius mors scidit petras, ut exirēt e monumē-
 tis q̄ mortui erāt? Quis dabit nobis cor carneum, nisi
 sermo dei, qui p̄ nobis caro factus est? Verū his quo-
 q; deploratiores sunt, q̄ suis peccatis blādientes, blas-
 phemas et impias serūt opiniones, negātes esse deū i ex-
 celsō: aut si ē, nihil ad illū ptinere res mortaliū: nō eē
 uitā post corporis interitū: nō esse paratā immūta-
 bitatē his, q̄ hic pie uixerunt in Christo Iesu: nec esse
 paratā gebennā his, q̄ hic seruiuerunt satanæ: inanes
 esse minas scripturarum, uana esse p̄missa euāgelij,
 aut q̄ p̄uersa scripturarū interpretatione sua scelera
 pro benefactis defendunt: ac sermonē dei, ad cuius re-
 gulā oporteret deprauatas animi cupiditates corri-
 gere, cogunt patrocinari turpitudini suæ, ceteris cri-
 minibus heresis impietate ceu pessimū colophonē im-
 ponentes. Optimo iure ad tātā impietatis mentionē,
 pallor occupans faciē, ac totius corporis tremor ob-
 ortus, declarat quātope qd' audistis excremini. Sed
 atinā ista nō audiremus etiā inter Christi nomē p̄fes-
 sos. Ostendi uobis Scyllā, in quā illisi cōplures, p̄eūt.
 Ostendā & Charybdim, piculum & illo grauissimo
 grauius ac formidabilius. Hi sunt, quos Cain & Iu-
 dam p̄ditorē secutos, in eternū exitiū absorbet ue-
 niæ despatio. Eadē p̄nicies est, licet diuersa sit p̄eundē
 ratio. Pharao induratus, dicit: Non noui dominū, nec
 dimitto populū. Quid Cain? Maius est peccatū meū,
quānt

Exo. 5.
 Genes. 4.

MINI CONCIO D. ERAS.

*ſicut ueniã merear. Porro Iudas qd? Peccauit p̄dito
 ſanguine innoxio. Vterq; peccati magnitudinẽ agno-
 ſcit, uterq; cõfitetur, utrũq; facti pœintet, ſed uter-
 q; recedit a facie domini, apud quẽ ſolũ ẽ miſericor-
 dia, & copioſa a peccatis redẽptio. Sic em̄ legis de
 Cain: Egreſſusq; Cain à facie domini, habitabat p̄-
 fugus in terra ad oriẽtalẽ plagã & c. Et Iudas egre-
 ſus ẽ cõuiuiũ ſanctorũ, nõ ẽt reuerſus: infelix, qui ſic
 egreditur à facie miſericordiæ dei, ut non reuertat-
 tur. Hic ẽt, opinor, de quo ſenſit Hieremias, quũ ait: **Hiere. 22.**
 Nolite flere mortuũ, neq; lugeatis ſup eum, plãgite
 ſletu cũ, q̄ egreditur, q̄ nõ reuertetur ultra. Mortu-
 um non uult deſleri, qd̄ aliquando ſit reuicturus. Ille
 oĩ lachrymarũ genere deplorãdus ẽt, q̄ ſemet auer-
 tit à fonte uitæ pennis, nec unq̄ per pœnitentiã, unde
 abiit, reuertitur. Abierat filius ille p̄fuſor ac nepos
 in regionẽ longinquam, reliquerat domũ amãtiſſimi
 patris, ſed reuerſus ẽt. Lõge reſſerat à domino Pe-
 trus, quũ ter illũ abiuraret: ſed mox reuerſus ẽt, dũ
 recordatus ſermonis quẽ dixerat Ieſus, cœpit amare
 flere. Exciderat ſibi, ſed reuerſus in ſeſe, reuerſus ẽt
 ad Ieſum. Sic clamat Eſaias: Memẽtote iſtud, & con-
 fundamini, & redite p̄uaricatores ad cor. Recor-
 datus ẽt Petrus, et rediit ad cor: ablatũ ẽt ab eo cor
 ſaxeũ, cor pumiceũ, unde nulla lachrymarũ ſtilla po-
 terat extundi: datũ ẽt cor carneũ, unde mox erupit
 fons lachrymarũ, amarus ob dolorẽ pœnitẽtiæ, ſed ſa-*

d lu-

DE MISERICORDIA DO-

libris ob redditā innocentia. Iudas autē nō est reuer-
sus ad Iesum, sed abiit ad sacerdotes & phariseos, re-
tulit funestā pecuniā, inde cōfugit ad infelicē laqueū,
& crepuit medius. Hęc ad nostrā institutionē in suis
discipulis p̄misit dominus. Vides duorū apostolorum
peccātium q̄ diuersus sit exitus. Iudas toties domini
māsuētudine puocatus ad resipiscentiā, p̄stitit in im-
pio proposito. Sed Petrus ad intuitū Iesu recordatus
sermonis dominici, statim agnouit seipsum, ac uelut
indignū p̄sente domino, subducit sese, nō ad laque-
um, sed ad fletum, hoc est, nō ad despationē, sed ad re-
medium. Iudas imitatus Cain huius mali principem,
agnouit quidē peccati sui magnitudinē, sed nō est re-
cordatus sermonū diuinorū, qui nusq̄ in libris sacris
non inuitant ad reditū, prouocant ad poenitentiā, et
pollicentur misericordiā. Nam quę pagina est in li-
bris sacris, quę nō sonet dei misericordiā? Nō loquor
solum de libris noui testamenti, quę lex est gratię, ue-
rum etiā de ueteri testamento, quę rigidior esse pu-
tatur. Audiamus q̄ blande dominus apud Hieremiam
sub p̄sona sponse, quę deserto marito, se prostituerat
p̄ssim oībus, populū suum reuocet ad poenitentiā:
Conuertimini, inquit, filij reuertētes, dicit dominus,
quia ego uir uester. Et apud Iob dominus reuelat au-
rem peccatorū, ut corripiat: & loquitur, ut reuertan-
tur ab iniquitate. Sed miseri, qui ad hanc domini uo-
cem obdurāt aures suas, similes aspidi surde, quę stu-
dio ob-

Hier. 3.
 Iob. 36.

MINI CONCIO D. ERAS.

deo obstruit aures, ne audiat uocē incantātis sapien-
 ter. Hodie, inquit psalmus, si uocē eius audieritis, no- Psal. 49
 lite obdurare corda uestra. Hodie nostrū est, quādiu su-
 mus in hac uita, quæ donec manet, non desinit nobis
 loqui dominus, puocans ad pœnitentiā, offerens pa-
 ratā ueniā. Quid dixi ueniā? Maior est misericordia
 dei, quæ reuersis pollicetur opimā munificentiam.
 Sic enim legimus in libro Iob: Si reuersus fueris ad Iob. 22.
 omnipotentē, edificaberis, & longe facies iniquita-
 tem à tabernaculo tuo: dabit pro terra silicē, & pro
 silice torrentes aureos. Audiamus misericordiam do-
 mini apud Esaiā imitantem ad pœnitentiā: Si queri-
 tis, inquit, querite, cōuertimini & uenite: si queritis
 finem malorū, ne querite à filijs hoīm, in quibus non
 est salus, ne à maleficis, ne à laqueo, sed à me querite,
 qui solus & possum, & paratus sum ignoscere. Tan-
 tam auertamini ab his, quæ turpiter amastis, & con-
 uersi uenite ad me. Rursus apud eundē pphetā, uni-
 uersum genus mortaliū inuitans ad se, loquitur: Nun-
 quid nō ego dominus? & nō est ultra deus absq; me.
 Deus iustus & sanctus nō est præter me: conuertimi-
 ni ad me, et salui eritis oēs fines terræ, quia ego deus
 et nō ē alius. Hæc domūs loquitur gētibus idololatriæ,
 homicidis, sacrilegis, parricidis, incestis, blasphemis:
 & tu miser p despationē auerteris à domo? Oī
 quum impune regnaret inter gentes peccatum, mise-
 ricordia dei uidebatur contracta intra angustos
d 2 dec

DE MISERICORDIA DO-

*de terminos. Ceterum p̄ euangeliū dilatata est m̄
 feritordia p̄ uniuersos fins terre. Apd̄ Hieremiam
 item cōminatur poenā obstinatis, sed offert paratā
 ueniā respicientibus: Si gens, inquit, illa poenitētiam
 egerit à malo suo, qđ locutus sum aduersus eā, agam
 & ego poenitētiam sup̄ malo, qđ cogitavi facere ei.
 Et qui paulo ante minitabatur subuersionē, eradica
 tionē, ac dispsionem, diuersa pmittit, & subito inqt:
 Loquar de gente & regno, ut edificē, & ut plātent
 illud. Similiter apud Ezechielē, nō solum pmittit ue
 niam redeunti, uerum etiā amnestiā illā Grecorum
 puerbio celebratā, hoc est, oīm superiorum malorum
 obliuionē: quum enim antē cōmemorasset oē genus
 facinorum ac flagitiorū, subiicit: Si aut̄ impius ege
 rit poenitentiam ab oībus peccatis, quae opatus est,
 & custodierit uniuersa p̄cepta mea, & fecerit iu
 diciū & iustitiā, uita uiuet & nō morietur: oīm ini
 quitatū eius quas opatus est, nō recordabor. Nūquid
 uolūtatis meae est mors impij, dicit dominus deus, ac
 non magis ut cōuertatur à uijs suis & uiuat? Et ali
 quanto inferius: Cōuertimini & agite poenitentiam
 ab oībus peccatis uestris, & nō erit uobis in ruina
 iniquitas: p̄ijcite à uobis oēs p̄uaricatiōes uestras,
 in quibus p̄uaricati estis: & facite uobis cor no
 uum & spiritum nouum. Et quare moriemini domus
 Israel? Quia nolo mortē morientis, dicit dominus de
 us, reuertimini & uenite. Quur despas miser, quoms
 dens*

Exe. 18.

MINI CONCIO D. ERASMI.

deus hoc misit filiū suum in terras, ut spem bonā haberes? Ipse nimirū est dei misericordiā, de quo canit psaltes: Suscepimus deus misericordiā tuā in medio templi tui. Esto in tēplo, et amplectere misericordiā. Ille resurgens, clamat: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut cōuertatur & uiuat. Audi uocē hanc infelix peccator, excute letalē somnū, resurge cum Christo, ut uiuas in illo. Tibi reuixit ille, ne te semp occupet mors peccatorū. Ac ne quis suspicetur hāc dei clementiā nō esse paratā, aut nō paratā, nisi his q̄ leuia quēdā & pauca cōmiserint, audi dominū clara uoce pollicentē: Quacunq; hora ingemuerit peccator, oīm iniquitatū illius nō recordabor. Nō exceptit criminum genus, non ppendit magnitudinē, aut multitudinē admissorū. Tātum ingemisce, & parata est oīm superiorum criminū obliuio. Pro leuioribus cōmissis, sine quibus nō uiuit humana imbecillitas, quotidie dei misericordiā inelamamus, dicētes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & audimur, si modo audierimus pximū orantem ut ignoscamus. Quin & in capitalibus admissis ordo quidā est, quē admodum apud hoīes quidā leuius dormiūt, sic ut facili sibilo excitētur: sunt q̄ altius, ut clamore sit opus: sunt qui altissime, ut uix multa uellicatione expgiscantur: ita apud deū alij leuius mortui sunt, alij grauius, alij grauisime. Nullū autē mortis genus tam deploratū & conclamatū, qđ ille sua

DE MISERICORDIA DO-

nocte non p̄pellat, ad cuius uocē resurgunt etiam hi, qui
 in monumentis sunt: neq; quenq; tam p̄fundus mortis
 sopor occupat, ut p̄ eum non possit excitari. Hoc tri-
 plex peccatorū discrimen p̄ij scripturarū interpre-
 tes existimant nobis significatū in tribus funeribus,
 que legimus à domino Iesu reuocata ī uitā. Archisyn-
 agogi filiā, puellā. XII. annos natam excitauit in edī-
 bus, paucis admissis testibus, uetuitq; p̄ferri qđ erat
 gestū. Hi sunt q̄ primum nō ex destinata malicia, sed
 uel p̄ lubricū etatis, uel p̄ imbecillitatē humanā, sic ī
 crimē aliqđ p̄lapsi sunt, ut nōdū in malo callū duxe-
 rint, nōdū foedus rumor ex scelere cōtractus sit. Hos
 porrecta manu facile domūs erigit Iesus, tegēs etiā
 illorū turpitudinē, et pudori cōsulens. Ceterū uiduę
 filiā excitauit maiore negocio. Iam cadauer effere-
 batur ad sepulchrū, in tpe uero factus obuius domi-
 nus, cōmotus mulierculę lachrymis, iubet sisti locu-
 lum, erigit adolefcētē. Is primū residet, mox loq̄tur,
 mox exilit ē loculo, ac matri redditur. Hi nimirum
 sunt, q̄ eō p̄gressi sunt ī uitijs, ut nec infamia reuoca-
 ri potuerint à peccādo: hi p̄ publicā poenitentia p̄au-
 lati reuocātur ad uitā. Residet enī, qui peccare dese-
 nēs, erigit sese ad p̄positū uitę melioris. Loq̄tur, quē
 confessus suā turpitudinē, agnoscit dei misericordiā.
 Redditur uiuus matri, q̄ pactis remedijs, restituitur
 ecclesię cōmunioni. Lazarus autē iā soctebat in monu-
 mēto. Tantū defletur ī despantibus sororibus et amī-
 cis, hic Iesus iubet ostēdi sepulchrū, lachrymatur, in

MINI CONCIO D. ERASMI.

fremit & turbatur spū, iubet tolli saxū, magno cla-
 more iubet pdire foras, pdit, sed obuinctus, soluitur
 atq; ita demū redditur fororibus. Nō magnū erat do-
 mino suscitare cadauer quatrduanū, maius ē excita-
 re peccatorē, q̄iā annis. XL. i oī turpitudinis genere
 nō uixit, sed cōputruit. Puer, inqt, cētū annorū mori Esa. 65.
 etur, & peccator. C. annorū maledictus erit. Et hūc
 dignabitur suscitare dominus Iesus, mō tādem audiat
 uocantē. Quotidie clamat, surge puella, surge adole-
 scēs, Lazare ueni foras. Sed heu pleriq; plusq̄ mor-
 tui, nō audiūt uocē reuocātis i uitā. Quid autē est audi-
 re nisi credere? Incredulitas obturat aures impiorū,
 quo minus uox scripturæ diuinæ penetret in animos.
 Rogemus domini misericordiā, dignetur itēdere uo-
 cē suā oīpotentē, talibusq; miseris ac deploratis occi-
 nere: Surde & mute spūs, ego præcipio tibi, exi ab Marci. 9.
 eo, et amplius ne itroeas. Iā quo rectius p̄spicias q̄ pa-
 rata sit misericordia domini respiscēti, audi David:
 Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiā meā domino, Psal. 31.
 et tu remisisti i pietatē peccati. Nondū cōfesso, sed tū-
 tū meditātī cōfessionē occurrit misericordia. Ingemi-
 sce, cōfitere, sed corā domino. Multi ingemiscūt apd̄
 hoīes, plorāt apud hoīes, confitētur apd̄ hoīes, scin-
 dunt uestes, sed apd̄ hoīes: induūt ciliciū, aspgunt ca-
 piti cinerē, sed apd̄ hoīes. Quæ si fiāt apd̄ deū, hoc
 est, ex toto corde, ex sincero affectu, nō cessat miseri-
 cordia domini. Scindite, inquit, corda uestra et non
d 4 uesti-

DE MISERICORDIA DO-

Psal. 50.

Psal. 94.

Ibi. 94.

Osee. 14.

Iohelis. 2.

uestimenta uestra. Nam cor cōtritum & humiliatū deus non despiciet. Ploremus, inq̄t psalmographus, corā domino, qui fecit nos. Multi ieiunāt, sed non eō ieiunio qđ uult dominus: multi cōmutant amictū, at non cōmutant affectū. Et tamē incidit, ut hęc quoq; sint apud hoīes faciēda, ut quos nostra malitia puocauit ad peccandū, eos ad resipiscendū reuocet pœnitentia. Sed hęc inutiliter fiūt apud hoīes, nisi prius fiāt in oculis dei. Cōfessus est Iudas peccatū suū, sed apud Phariseos: si cōfessus fuisset domino, statim cōplexa fuisset eū clemētissima domini misericordia. Et quo gratior sit domino nostra confessio, Osee p̄pheta cōfessionis etiā formā nobis dicit: Tollite, inquit, uobiscū uerba, & reuertimini ad dominum, & dicite ei, omnē aufer iniquitatē, & accipe bonū, & reddemus uitulos labiorū nostrorū. Reuertamur & nos q̄ multis modis aberrauimus ad eū, q̄ solus tollit peccata mūdi, q̄ p̄ nostris peccatis effudit pretiosū sanguinē, dicamus illi: Aufer a nobis oē malū, qđ p̄petrauimus. Gratisne? Et accipe bonū, qđ bonū? uitulos labiorū nostrorū. Agemus gratias tuę misericordię, cui debemus quicqđ post lapsū boni gesserimus, auferes à nobis qđ nostrū ē, & accipies à nobis qđ tuū ē. Vide uero q̄ huic cōcinit p̄pheta Iohel, eandē sn̄iam alijs uerbis referēs, siquidē apud hunc deus dira cōminatus his q̄ negligenter oblatā ipsius misericordiā, sic infert: Cōuertimini ad deū uestrū, quia be-

MINI CONCIO D. ERASMI

quia benignus & misericors ē, patiens & multa mi-
 sericordiae, & prestabilis, siue ut Graeci codices ha-
 bent, μετάνοωρ, hoc est, poenitēs sup malitia. Deij-
 cit te magnitudo criminū, sed erizat magnitudo mi-
 sericordiae diuinae, cā uide quot modis exaggeret p-
 pheta. Benignus est, p quo septuaginta uerterant,
 ελεήμων, hoc ē, misericors. Id q̄q̄ satis erat, ne de-
 speraremus ueniā, addit, & miserator, qđ septuagi-
 ta, οἰκτιρῶν, ut itelligamus illū nostris malis eti-
 am indolescere, nō solū succurrere. Nec hoc cōtētus,
 addit patiens, qđ significātius Graece dicitur, μα-
 κροθύμος, hoc ē, leni aīo, minimeq; celer ad udiētā,
 quē admodū hūana misericordia facile uertitur in in-
 dignationē. Et adhuc desperas o peccator. Audi igitur
 qđ sequitur, & multa misericordiae, qđ Graecis
 est, πολυέλεος. Si mlta sunt peccata, ne diffide, ml-
 ta ē misericordia. Quid nūc supest, nisi ut cōuertaris
 & adeas inuitantē? Sed terrēt misericordiae sup-
 plicij, audi & respira, & prestabilis super malitia.
 Incertū q̄re qđ septuaginta uerterāt, μετάνοωρ, hoc
 ē poenitēs, diuus Hiero. uerterit prestabilis, nā Lati-
 nis prestabile dicitur, qđ prestari, hoc ē, effici pōt:
 malitias autē dixit, afflictiones quae nostris peccatis
 debebātur. Aufert peccata, remittit eternā poenam
 cōmeritā. Quid igitur supest? nihil, nisi ut agnoscas
 dei misericordiā. Nimirū hoc ē, qđ sequitur apud Io-
 belē. Et dimittet post se benedictionē, sacrificiū & li-
d s bamen

DE MISERICORDIA DO-

bamē dom̄io deo nostro. Videlicet hoc erat qđ Ofse
 dixit: uirtulos labiorū, id ē, sacrificiū laudis & grati
 arū actiōis. Si quis grauiter ac frequēter offendisset
 hominē, qđ difficilis recōciliatio, qđ memor iniuriarū
 animus, qđ tarde senescit ira, qđ facilis quauis ex causa
 relapsus ad ueterē similitatē, qđ morose exigitur offē
 se pēsatio: & tamē si sic quoq; recipiūt in gratiā, cle
 mētes uocātur. Deus toties offensus ultro puocat ad
 pñiam, iuuat ad ueniā, remittit minas, cōdonat ge
 hēne poenā, offert p̄ supplicio benignitatē, & adeo
 nō auertit sese à resipiscente pctōre, ut ultro etiā oc
 currat reuertēti, & obuijs (ut aiūt) uulnis excipiat cō
 uersū. Nimirū hoc ē qđ apud Zachariā pollicetur:
 Cōuertimī ad me dicit dominus exercitūū, & cōuer
 tar ad uos dicit dominus exercitūū. Quid ē: cōuertī
 mini ad me? agnoscite uestrā miseriā & expetite me
 am misericordiā. Quid est, & ego cōuertar ad uos?
 Nemo ex uindice factus opitulatur, adiuuabo conatus
 uestros, ut quod uestris uiribus nō potestis efficere,
 meo fauore consequamini. Nemo potest salubriter
 odisse peccata sua, nisi deus dederit, nisi auferat cor
 lapideū & inserat eor carneū: nisi p̄ corde polluto
 creet in nobis cor mundū: nisi pro spū prauo, spiritiū
 rectū inuouet in uisceribus nostris. Sed quia hęc opa
 mihi sumitur in recēsendis aliquot ueteris scripturę
 locis, qđ declarēt admirabilē domini misericordiam?
 Tota ueteris instrumēti scriptura undiq; nobis prę
 dicat, occō

Zachari.

MINI CONCIO D. ERASMI.

dicat, occidit, & culcat dei misericordiã. Et ubi sunt illi
 phrenetici uerius q̄ hæretici, q̄ duos ex uno faciunt
 deos, alterũ ueteris testamēti, q̄ tãtũ iustus fuerit, nõ
 etiã bonus: alterũ noui, q̄ tantũ bonus fuerit, iustus
 nõ itẽ nõ saltẽ illã audire cantionẽ quẽ toties itera-
 tur in Psalmis: Cõfitemini domino quoniã bonus, quo **Psal. 117.**
 niã in seculũ misericordia eius? Vbi uesanus Mani-
 cheus q̄ docuit eũ, q̄ nobis tã amãter locutus ẽ p̄ p̄-
 phetas, q̄q̄; Mosi legẽ cõdidit, nõ fuisse uerũ deũ, sed
 unũ ẽ noxijs demonibus? Idẽ deus est utriusq̄ legis,
 eadẽ ueritas, eadẽ misericordia p̄ Iesũ Christũ domi-
 nũ nostrũ, nisi qd̄ in Mosi lege sunt umbræ, in euãge-
 lio ueritas: i illa p̄missio, hic exhibitio: ibi multa &
 magna misericordia erga Iudeos, hic totus ille mise-
 ricordie fõs, uel mare potius exuberauit i oēs totius
 orbis natiões, inundatiõẽ suã pluẽs & p̄fligans oĩm
 mortaliũ mala. Hoc uidelicet erat illud felix diluuiũ
 misericordie, uetus illd̄ diluuiũ seruatis paucis op-
 pressit p̄ctõres: hoc salutare diluuiũ, deletis crimini-
 bus seruat oēs credẽtes filio dei. Qui in ueteris testa-
 mēti libris resipiscētibus Hebræis p̄mittit ueniã, idẽ
 p̄ses i euãgelio clamat oĩbus: Vẽite ad me oēs, q̄ la **Mathei. 11.**
 boratis & onerati estis, & ego reficiã uos. Tollite
 iugũ meũ sup̄ uos, & iuenietis requiẽ aĩabus uestris.
 Iugũ enĩ meũ suauẽ ẽ, & onus meũ leuẽ. Relege etiã
 Christi uitã, qd̄ aliud uides q̄ p̄petuã in oēs misc̄diãz?
 gratis sanabat egrotos, pauit famelicos, subleua-
 bit periclitantes, mundabat leprosos, cæcis impar-

DE MISERICORDIA DO-

tijt lucē, debiles & mācos restituit, demonia p̄fligat
 uit, mortuos restituit, p̄nitētes absoluit. Rursus ex-
 cute doctrinā illius uniuersā, qd aliud respicit, q̄ imē-
 sam dei misericordiā? Quot parabolis rē eandē in-
 culcat animis nostris, ne q̄ posset elabi. Quid enī ali-
 ud agit parabola de oue reuēta hūeris pastoris, de
 drachma pdita & inuēta, de sanis q̄bus nō est opus
 medico, de seruo cui donatū est oē debitū, rursus de
 foeneratore q̄ donauit utrisq; debitoribus, de publi-
 cano & phariseo, de uiatore saucio, quē Samarita-
 nus curat, de œconomō benigno in debitores, fraudu-
 lēto in dominū: de filio pdigo recepto? Quin ipsum
 euāgelij uocabulū, nōne statim misericordiā pollice-
 tur? Quid pollicetur? Cæcis lucē, captiuis remissio-
 nē, cōfractis restitutionē, breuiter annū acceptabilē
 domino, qui nihil aliud sitit q̄ salutē hominū. Iam ip-
 sum nomē Iesu: hoc ē, seruatoris, quid aliud pollice-
 tur peccatori, q̄ salutē & misericordiā? Si iudicē p̄-
 fessus uenisset, erat quur sibi quisq; formidaret, nūc
 seruatorē audis, & desperas salutē? Deniq; quo cer-
 tior esset fiducia salutis, quoniā iucredibile uideri po-
 terat sanguine hircorū ac uitulorū expiari tantā ler-
 nā criminū, quibus inquinatū erat genus hūanū uni-
 uersū, ipse dei filius cōcendit arā crucis, ac p̄ nostris
 peccatis imolauit seipsū uictimā efficacē oībus omni-
 um peccatis expiādis. Atq; in ipsa cruce pedēs orat
 p̄ crucifixoribus, pro cōuitiātibus & insultantibus,
& t̄pu-

MINI CONCIO D. ERASMI

Et tu putas negaturū ueniā agnoscēti peccatū tuū,
 Et iplorāti misericordiā? Cōfide misericordi, et ex
 perieris misericordiā, fides nihil nō impetrat à Chri
 sto. Qui diffidit medico, sibi obstat, quo minus recipi
 at sanitatē. In tātū uero nō auersatur preces misero
 rū ad se clamātū deus, ut aliena quoq; precatiōi, si
 mō adsit fiducia, tribuat misericordiā: Clamat Cana
 naea, et sanatur filia: cōfidit Ceturio, et restituitur
 famulus: rogat Archisynagogus, et reuiuiscit filia:
 deprecatur pater, et filius à pessimo demonio libe
 ratur. Clamant apli: Domine serua nos, perimus, et **Mat. 8.**
 seruatur oēs. In multis nō expectauit preces oris, ui
 det fidē baiulorū, et dicit palytico: Cōfide fili, remit **Mat. 9.**
 tūtur tibi peccata. Tantū plorat mater et comites,
 et surgit extictus adolescēs, tātū lachrymatur Mar
 tha et Maria, et reuiuiscit Lazarus, plorat Ma
 ria peccatrix, ungit et osculatur, et audit: Remit **Luc. 7.**
 tūtur tibi pccā. Satis rogat, q morbū agnoscit: uehe
 mēter rogat, q plorat et cōfidit. Mulier profluuio
 sanguis obnoxia furtim cōtingit uestē Iesu, et ilico
 sensit uim prodeūtis misericordiae. Multos itē alios sa
 natos legimus cōtactis uestibus Iesu. Adeo nusq nō ē
 parata illius misericordia, et ad quāuis occasionē
 subleuat miseros. Si nō audes cōpellare Iesū, si nō po
 tes cōtingere Iesū, saltē furti cōtinge simbriā, aditē
 sanctū aliquē in quo relucet pietas ista, ut suis preci
 bus te cōmōdet misericordi domio. Per hos enī exgr
 tit sepe

DE MISERICORDIA DO-

rit sepe uirtutē suā, undiq; patus ad cōferendā oī-
 bus salutē. In hoc uenerat, hic erat cibus quo pasce-
 batur, ut pētōres adduceret ad pñam. Quin & in
 Genesi quū ipij sceleribus suis puocassent irā domi-
 ni, tamē ad preces Abrahæ tot ciuitatibus exitio de
 uotis ueniā daturus erat dominus, si decē ibi iustos i-
 uenire cōtigisset. Cōmeruerat iterniciōe deleri pp̄ls
 Israeliticus, & dominus ad unius Mosi preces cobi-
 bet uindicē gladiū. O cecos, o ingratos, q̄ tā obuiā, tā
 ubiq; patā domini misericordiā negligūt, sed infeli-
 ciores q̄ desperāt qđ ultro, qđ gratis offertur. Faci-
 le placatur, q̄ nolēs ulciscitur. Quid enī aliud sonat
 illa uox: Et q̄re moriemini domus Israel? Rursum ali-
 bi deplorat, qđ expāderit manus suas tota die ad po-
 pulū incredulū & cōtradicētē. Iterū apđ Michæā:
 Pp̄le meus qđ feci tibi, aut qđ molestus fui tibi, respō-
 de mihi? Silr̄ apud Esaiā: Quid ē qđ ultra debuisti fa-
 cere uinea meæ, & nō feci ei? Dominus nihil nō fa-
 cis, ut nos seruet, & nos uolētes abijcimus spem salu-
 tis? In euāgelio lachrymis etiā p̄sequitur Hierosoly-
 mā, q̄ sibi p̄tinacia peccādi exitiū accersebat. Quo-
 ties, inq̄t, uolui cōgregare te, sicut gallina cōgregat
 pullos suos sub alas, & noluistis? Dominus clemētissi-
 mus plorat, qđ nō liceat seruare miseros, & nos illi
 diffidimus, q̄ si seruare nolit? In euāgelio tota domus
 p̄strepit gaudio, qđ filius q̄ mortuus fuerat, renixe-
 rit: q̄ perierat, receptus sit. Pater ille bonus cohorta-
 tur totū

Ezech. 18.

Mich. 6.

Esa. 5.

Luce. 13.

MINI CONCIO D. ERASMI.

Cur totū angelorū ac sanctorū coetū ad cōmune gan-
 diū, qđ unus peccator reductus sit ad pñiam. & tu
 miser desperas, & tibi salutē inuādēs, & domino tā
 iugēs gaudiū? Quē cruciat peccatorū interitus, quē
 exhilarat ī piorū cōuersio, cū credimus negaturū ue-
 niā respiscētibus? Vocat oēs ad nuptiale cōuiuium,
 uult ī pleri domū suā, etiā cecos & claudos cōpellit
 ātrare. Quid tu resitas miser? Quur nō potes auelli
 à porcorū siliqs? Quur pgnas aduersus misericor-
 diā domini? Sapia dei Christus ē. Ea iuxta Solomōē Prouer. 1.
 egressa domū paternā, uenit in mundū, foris predi-
 cat, & in plateis dat uocē suā, in capite turbarū cla-
 mitat, in foribus portarū urbis pferit uerba sua, di-
 cēs: Vsq; quo paruuli diligitis infantia, & stulti ea q̄
 sibi sunt noxia cupiēt, & imprudētes odio habebūt
 scīam? Cōuertimini ad correptionē meā. En pferā
 uobis spiritū meū, & ostēdā uobis uerba mea. Quid
 est stultius, q̄ ob res fluxas ac momentaneas priuari
 bonis eternis? Quid sapiētius, quā breui tolerantia
 lucrifacere ī mortalitatē? Desipiūt igitur oēs q̄ pse-
 uerāt in pctis: sapiūt quā in melius cōmutāt. Quā-
 tis laboribus scrutamur rē uilissimā in metallis, &
 tātū thesaurū oblatū & gratis oblatū aspernamur,
 aut qđ stultius ē, desperamus? Diues est in misericor-
 dia deus. Opū humanarū thesaurus exhauritur lar-
 giendo: misericordie thesaurus non potest exhau-
 riri. Addam & illud, quo magis adimam omni-
bus ueniō

DE MISERICORDIA DO-

*bus ueniae desperationē. Obstrinxit homini deus su-
 am fidem, nec ut ait Paulus, seipsum abnegare po-
 test. Non recusat argui, si qđ pollicitus est, nō presti-
 terit. Sic enī loq̄tur apud Esaiā populo undiq; conta-
 minato: Lauamini, mūdi estote, auferte malū cogita-
 tionū uestrarū ab oculis meis, q̄escite agere puerse,
 discite benefacere, querite iudiciū, subuenite oppres-
 so, iudicato pupillo, defendite uiduā, & uenite et ar-
 guite me, dicit dominus. Audis peccator, qđ aliud re-
 quirat abs te misericors dominus, nisi uitae mutatio-
 nem? Et ne qđ deiciat animū tuū flagitiorū enormi-
 tas, audi paratā oīm ueniā: Si fuerint, inq̄t, peccata
 uestra ut coccinū, quasi nix dealbabuntur: & si fue-
 rint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erūt. Si
 uolueritis & audieritis me, bona terrae comedetis.
 Quis tā demens, q̄ nolit seruari? Quid facilius q̄ au-
 dire patrē amantiissimū, nihil impantē, nisi qđ ad no-
 stram ptinet felicitatē? Si uolueritis, inq̄t, et audierit-
 tis. Nemo seruare potest inuitū. Salus autē p̄ fidē, fides
 p̄ auditū. Propē est sermo salutifer in corde tuo & in
 ore tuo. Tantū ne claueris aures cordis. Iā si rex q̄s-
 piā pduellionibus aut lese maiestatis cōuictis ita lo-
 queretur: qcquid hactenus tētatum aut gestū est, to-
 tum cōdono, parata est oībus uenia, modo posthac à
 simili facinore cōquiescāt: nōne oēs fateātur p̄digio-
 sam principis misericordiā, qui nec in corpora fontinū
 seuiat, nec bona fisco suo applicet? Deus autē etiā pra-
 mio*

MINI CONCIO D. ERAS:

mio inuitat ad correctionē uitæ. Bona, inquit, terra cō-
 medetis. Prorsus enim indigni sunt ut fruantur huius
 mūdi bonis, q̄ largitorē oīm suis sceleribus offendūt.
 Sed q̄to munificētius ē, qđ nobis p̄mittit euangeliū:
 Dabo uobis cor nouū, dabo sp̄m nouū, p̄ quē ex mā-
 cipijs diaboli fietis filij dei, p̄ quē efficiemini mēbra
 filij mei unigeniti, p̄ quem succedetis in hæreditatem
 regni cœlestis. Hic est, inquit, filius meus dilectus,
 ipsum audite. Quur ò Iudæe à ueritate aures auer-
 tens, cōuerteris ad fabulas Talmudicorū & Deute-
 rotarū? Quur tu morosophe obturatis aduersus hūc
 doctorē auribus, Platonibus auscultas, & Aristoteli-
 bus? Quur infelix Eue p̄genies audis serpentem ua-
 nis p̄missis ad exitiū p̄licientē, & nō audis dei filiū
 ad æternæ felicitatis consortiū inuitantē? Poenitentiā
 inquit agite, istat regnū cœlorū. Filius p̄mittit, pater
 fideiubet, datur interim arrabo spiritus: & tu du-
 bitas amplecti tantā felicitatē oblatā? Nec alia uox **Actu. 2.**
 est apostolorū, q̄ domini: Poenitentiā agite, & bap-
 tizetur unusquisq; uesterū in noīe Iesu Christi, in remissio-
 nem peccatorū uestrorū, & accipietis donū sp̄s san-
 cti. Ac mox: Seruamini à generatione ista praua, ut
 seruemini: relinquitē uitā spurcā, foedā, miserā, et acci-
 pite uitā æternā. Accurrūt milites, publicani, mere-
 trices, idololatræ, parricidæ, magi, lenones, incesti.
 Nullus excluditur, oībus ex æquo patet aditus ad m̄-
 sericordiā. Nō imputatur uita superior, mō poeniteat.

DE MISERICORDIA DO-

*Ne uero putes hęc domini misericordiã, ultra baptis-
 mū nō porrigi, quīs Mōtanus à baptismo p̄lapsis oc-
 cludat fores ecclesię, dominus nunq̄ occludit ostiū re-
 gni cœlestis. Datus est semel ingressus i ecclesiã p̄ ba-
 ptismū, cuius typū gerit arca Noe, sed relicta est per
 dei misericordiã oībus scđa post naufragium tabula,
 imō reditus in arcã p̄ poenitentiã. Nec enim iteratur
 baptismus, quemadmodū nec mors Christi, sed supest
 aqua lachrymarū, qua iam extergūtur sordes crimi-
 num: supest nitrū salutiferę cōtritionis, et herba Bo-
 rith. Oportebat qđ eos, qbus semel gratis cōdonata
 fuerūt oīa peccata, qđ; cōsepulti cū Christo p̄bapti-
 smū cū eodē resurrexerūt in uitę nouitate, p̄seuera-
 re i tāto dono, qđ acceperant. At misericors et misera-
 tor dominus, nō ignorās imbecillitatē humane natu-
 re, poenitētię remediū usq; ad finē uitę oībus para-
 tum eē uoluit. Verū quoniã nulli certus ē mortis di-
 es, uigilandū est oībus, ne contēnant dei bonitatē: sed
 si relapsi fuerint, statī p̄perent ad remediū, prius q̄
 morbus assuetudine reddatur i medicabilior. Quidã
 olim ingēti piculo differebāt baptismū usq; ad extre-
 mum uitę diē, quos alij clinicos, alij aspsos appella-
 bant, ueluti Christianos parū γυναικας: sed maiore
 piculo peccator progat poenitētię remediū, qđ usq;
 non est paratū. Non semp̄ adest baptistes, sed uel in-
 lecto cubans potes iniustitiã tuam confiteri domino,
 uitęq; correctioris p̄positum sumere. Non semp̄ ad-
 est, qui*

MINI CONCIO D. ERAS.

est, qui corpus abluat, semp adsunt lachrymæ, quibus abluas animæ sordes. Nec sine causa dubitatū est, an efficax esset ille baptismus, quo iam desperata uita, ac tantū non animam agentes aspergebatur, uerius quā tangebantur. Declarabant enim se perpetuo peccatores fuisse, si perpetuo licuisset uiuere. Sed multo instius dubitatū est à magnis uiris, an frugifera sit poenitentia, quā studio dilatam, iam hinc exituri suscipiunt, non suscepturi, nisi mors urgeret. Quemadmodū enim terra frequenter irrigata cœlesti pluuia, nec aliud proferens cultori suo, quā spinas & tribulos, execrabilis est & igni traditur: ita deus nonnunquā ob pertinaciter spretam ipsius bonitatem, tradit eos in reprobum sensum. Quare consultissimum est fratres dilectissimi, non in longum proferre correctionē uite, sed p̄tinus ad uocē inuitātis domini exuere ueterem hominem cum factis suis & cōcupiscentijs, ne toties non exauditus dominus, uicissim non audiat nos clamantes ad ipsum. Terribilis uox est, qua cōminatur his qui misericorditer uocantē nolunt audire. Quia inquit uocaui & renuistis: extēdi manū meam, & nō fuit qui aspiceret: despexistis oē cōsiliū meum, & **PRONER. I.** increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu uestro ridebo et subsannabo, quū uobis id quod timebatis aduenerit. Quū irruerit repētina calamitas, et interitus quasi tēpestas ingruerit, quum uenerit super nos tribulatio & angustia, tunc inuocabunt me,

DE MISERICORDIA DOMINI

Et non exaudia. Mane cōsurgēt, et nō inueniēt me; eo quod exosam habuerint disciplinā, et timorē domini non suscepint, nec acquierint consilio meo, et detraxerint uniuersae correctioni meae. Varijs modis deus corripit nos ut corrigat. Tandē ubi pertinacia nostra uicit omnia remedia, destituit nos ut deploratos, proprio que relinquit arbitrio. Quē admodū medicus nihil non ex parte quicquid ars potest ad depellēdum morbū, ubi uidet egrotū omnia pharmaca respuere, tandē illū suo morbo relinquit, tanquam qui nolit uiuere. Misericordiā, inquit, et iudiciū cantabo tibi domine. Iudicij dies manet omnes, posteaque hanc uitā reliquerint. Quā diu durat haec uita, spes est misericordiā. Ergo dū uiuis, implora domini misericordiā. Verū qui agunt animā, aut quos extrema senectus grauat, iam quodā mō uiuere desierunt. Audi sapientis Hebraei consiliū, quisquis ex die in diē trahis faniculū iniquitatis, nec finē peccandi facis. Conuertere, inquit, ad dominum, et relinque peccata tua. Precare faciem domini, et minue offendicula. Reuertere ad dominū, et auertere ab iniustitia tua, et nimis odito execrationē: et cognosce iustitias et iudicia dei, et sta in sorte propositionis et orationis altissimi dei, in partes uade seculi sancti cum uiuis et dantibus confessionē deo. Non demoreris in errore impiorū, ante mortem cōfiteri. A mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis uiuens, uiuus et sanus confiteberis, et laudabis deum, et glori

Psal. 100.

Eccle. 17.

MINI CONCIO D. ERASMI.

et gloriaberis in miserationibus eius, quā magna miseri-
 cordia domini, et propitiatio illius cōuertētibus ad se.
 Audis paratā magnā dei misericordiā, sed si uiuus et
 sanus confitearis domino. Quid autē dicemus de his quibus
 corpore iam defecto ad peccandū, tamen non po-
 nit animus peccandi libidinē: qui quā ob corpus se-
 nio prēmortuū, turpia patrare non possint, tamē ne-
 quiter dicere non desinunt? Quō uiui confitebuntur
 domino, quā prius uiuere desierūt, quā peccare? Quin et
 tu, cui floret etas, quur in dies, mēses, et annos pro-
 gas uitę correctionem? Si corpus tuū laboret hydro-
 pe, ac pręsto esset, pręsens certūque mali remediū, nū-
 diceres, anno pximo curabo morbū? Non sic desipes
 sat scio, sed auuidissime pperares ad sanitatē. Et in ani-
 mi morbis tāto piculosioribus, cessas, recrastinas, cō-
 perēdinas, imo in mortis diē salutē tuā pferis? Et quę
 tibi spōsor est, uel in crastinū diē uicturū te? Hęc autē
 nequaquā eō spectant, ut cuiquā incutiamus uenię despa-
 tionem, sed ut oībus excutiamus sine fine peccandi se-
 curitatē. Est peccatum, quod nec in hoc seculo remitti-
 tur, nec in in futuro. Auertat deus, ne quis nostrū eō
 usque feratur. Et ideo tutissimum est uitare peccatum.
 Proximū est, ut ptinus deleamus poenitentia, quod ad-
 missum est incogitātia. Cadit et iustus in die septies,
 sed resurgit: quanquā hoc de leuioribus culpis dictū est.
 Et ideo frequēter atrociter comminatur in literis sa-
 cris dominus, ne fiducia patę uenię subide reuolua-

DE MISERICORDIÄ DO-

Amos. 2. 3.

mur in coenũ flagitiorũ. Nec enĩ ideo datũ est poenĩtentie pharmacũ, ut uolentes p̄seueremus in morbo: sed ne q̄ forte recidit, peat in eternũ. Apd̄ Amos frequenter intonat dominus, sup̄ tribus aut quatuor impietatibus: Nõne auersabor eos? Impietas ẽ cogitare malũ. Hic p̄tinus erat resipiscendũ, sed maior ip̄etas est uelle p̄ficere, qd̄ cogitaris: saltẽ ab hoc gradu referẽdus erat pes ad meliora. Grauißimum aut̄ crimen est, qd̄ animo flagitiose destinaris turpiter p̄ficere. Nec hic resipiscimus, sed addimus quartã impietatẽ, in malis nostris ducentes consuetudinẽ, et mala malis accumulãtes. Nõne hic merito iã auersetur nos dominus? Merito sanẽ, nisi misericordia illius p̄craret iustitiã eius. Vide qd̄ post tã seuas minas seq̄tur apd̄ eundẽ p̄phetã. Hęc dicit dominus domui Israhel: Querite me, et iuenietis, querite dominũ et uenite. Audiamus dominũ cõminantẽ, ne peccemus: audiamus reuocantẽ, ne despemus. Alioq̄ uẽ nobis, si qd̄ p̄ p̄phetã cõminatur, faceret nobis: et post tertiã aut quartã ip̄ietatẽ auerteret à nobis suã misericordiã, ac nosmet nostrẽ uolũtati relinqueret. Imõ cũ plerisq̄ nostrũ male ageretur, si post millesimã ip̄ietatem dominus auerteret faciẽ suã. Verũ statĩ ut coepit seuire iustitia, ĩterpellat misericordia: Domine deus p̄pitius esto: obsecro, q̄s suscitabit Iacob, q̄a paruulus est? Et rursum: Domine deus q̄sece obsecro: q̄s suscitabit Iacob, q̄a paruulus ẽ? Sic agit causam imbecillita-

tis no-

tis nostræ optima patrona misericordia. Nūc audi q̄
 parata sit uenia respiscēti. Misertus ē, inq̄t, dominus
 sup hoc. Nō erit, dixit dominus. Vides q̄ prompta sit
 poenitētia minitātis ultionē, si nos uere poeniteat ad
 missorū. Nō erit hoc, ait dominus. Obsecro, q̄ mater
 tā facile placatur filio suo? Itaq; quū dominū habea-
 mus tam placabilē, quū interpellatricē tā efficacē,
 quid est, quur aliqs sui desperās, uel i uitijs p̄scueret,
 uel cū Iuda fugiat ad laqueū? Ob hoc ipsum dominus
 nostræ saluti modis oībus cōsulens, passus est summos
 ac p̄batissimos uiros in grauiā crimina plabi, ut ho-
 rum exēplo cōsolaretur & erigeret ad spem ueniæ.
 Quid i libris sacris laudatius rege Dauid? Rex erat,
 propheta erat, uir erat iuxta cor dei, ex huius stir-
 pe promissus erat Christus. At in quā scōdū, quā
 multiplex crimen uir tantus prolapsus est? Audit à
 Nathan obiurgationem ac seuas minas domini. Da-
 uid autem totam hanc iram dei duobus uerbis uer-
 tit in misericordiā: Peccauī, inquit, domino: ac mox 2.Re.12.
 Nathan: Dominus quoq; trāstulit peccatū tuum, nō
 morieris. Prolixæ sunt minæ, ut corrigatur, sed quā
 expedita uox misericordiæ: Non morieris. Sic per Esa.38.
 Esaiam audit Ezechias: Morieris, & non uiues. 4.Re.20.
 Fleuit Ezechias fletu magno. Nondū propheta mor-
 tis denunciator egressus fuerat dimidium atrij, re-
 uocat illum domini misericordia: Reuertere, inquit,
 & dic Ezechias duci populi mei: Hæc dicit domi-

DE MISERICORDIA DO-

3. Reg. 21.

*nus deus dauid patris tui, audiui preces tuas, & ut-
 di lachrymā tuam, & sanauit te. Die ab hinc tertio
 ascendes tēplū domini. De Achab hoc testatur liber
 Regū tertius: Nō fuit alter talis sicut Achab, quē
 datus ē ut faceret malū in cōspectu domini. Et hic au-
 dit, occidisti, insup & possedisti. Siquidē occiso Na-
 both occuparat illius uineā, ille uero tandē territus
 atrocibus minis scidit uestimēta sua, & operuit cili-
 cio carnē suā, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, &
 ambulauit demisso capite. Durus erat Achab, sēpe
 contēpserat obiurgātē dominū, scelera sceleribus ac-
 cumularat, & tandē terretur metu malorū īminen-
 tiū potius q̄ respiscit: & tamē ī mēse misericordiæ
 dominus loq̄tur Helie: Nōne uidisti hūiliatū Achab
 corā me, quia igitur hūiliatus ē mea causa, nō iducā
 malū in diebus eius. Si tāta uis est falsæ p̄niæ, ut gla-
 diū ultorē extorq̄at ē manu dei, qd faciet animus ue-
 re mutatus in diuersū affectū, iāq; non metu suppli-
 cij, sed amore dei detestans qd̄ admisit? Hoc consilio
 passus ē & Petrū, quē destinarat ecclīæ suæ p̄cipē,
 insigniter labi. Tātū fleuit, & misericordiā est cōse-
 quutus. Quū huic tradit oues suas, p̄ qbus mortuus
 fuerat, pascēdas, nū exprobrat illi crimē ter abiura-
 ti domini? Nequaq; iā enī totū hoc sic erat dilutū la-
 chrymis, ut ne uestigiū qdē remāderet in mēoria cle-
 mētis domini. Prostratus ē Paulus ecclīæ dominicæ
 p̄secutor, & factus ē doctor gētīū. Habemus magna
 exempla*

MINI CONCIO D. ERASMI

exēpla peccātiū, habemus & poenitētiū, nō oportet
 cuiusq̄ exēplo puocari ad peccādū, ne tētemus domi
 niū, sed si q̄s pctō fuerit circūuētus, habet exēpla poe
 nitētiæ ne desperet. Præpostere uero faciunt q̄ quos
 sequuti sunt peccātes, eosdē nolūt seq̄ p̄niam agētes.
 Quot sunt principes q̄ suis adulterijs & homicidijs
 blādiūtur exēplo Dauid? Quāq̄ in Dauid extiterāt
 alioq̄ tot egregiæ uirtutes, ut crimē hoc posset illa
 rū p̄satiōe cōdonari: sed utinā quēadmodū sequun
 tur errantē, ita sequātur & poenitentē. Ipse pecca
 tū suū traduxit p̄ uniuersas orbis natiōes, ac sp̄retis
 aulæ delicijs p̄ purpura sumit ciliciū, cinerē tāq̄ pa
 nē comedit, & poculū suū miscet fletu, lauat singulis
 noctibus lectū suū lachrymis, & stratū suū fletu ri
 gat. Nec puduit illū oībus pctōribus dictare ac præ
 cinere carmē p̄nīæ: Misere mei deus sc̄dm magnā Psal. 50.
 misericordiā tuā. Et sc̄dm multitudinē miserationum
 tuarū dele iniquitatē meā. Iudex erat, & p̄nunciaue
 rat aduersus seipsum sn̄iam capitalē. Nā uehementer
 indignās: Viuit, inq̄t, dominus, q̄a filius mortis est q̄ 2. Reg. 12.
 fecit rē hāc. Nō potuit euidentius cōdēnari q̄ uoce p̄
 pria. Deus erat iudex, & tamē ueluti uersa p̄sona de
 tulit ipsi reo iudiciū. Captus ē iudex, & uicit q̄ detu
 lit iudiciū, uictus ē feliciter Dauid, uicit misericordi
 ter deus, dū pctōrē sui oblitū ipsi ostēdit. Antea ceu
 uictor ac temulētus infelici p̄sp̄itate, fruebatur ad
 amata muliere, fruebatur dulcissimo puero, uerūm

DE MISERICORDIA DO-

ubi cōuersus esset ad dominū, tū demū uidit ubi fuisset, & qd esset inter iustū & iniustū, quē admodum docet alia prophetia. Quū peccator ex aīo agnoscitur turpitudine suā, se seq; dignū supplicio fatetur, tunc iustificatur dominus, & uincit quū iudicatur, hoc ē, quū iudiciū defert homini uelut ipsi iudicandus. Ceterum qui suā iustitiā constituūt, deū quodāmodo faciunt iniustū & mendacē, qui misericordiā suā agnoscere uult in oībus, & gaudet nostrā iniustitiā in suam gloriā uertere: dū ubi exuberauit peccatū, ibi exuberat illius gratuita beneficentia. Non sic ille uetus Adā, sed appellatus ad confessionē reijcit culpam in uxore. Itidē illa prouocata ad confessionē, cōfert crimen in serpentē. Si nouissent dicere canticū Dauid: *Miserere mei deus, nō exulassent ē paradiso.* Ab his maioribus nō degenerans Caim, quid dicit ad pœnitentiā puocatus à domina: *Num ego sum custos fratris mei? Si dixisset, peccaui, miserere: & si dixisset ex animo, parata erat dei misericordia.* Est dolor iuxta carnē, qui mortē parit, qualis erat Iudæ: sed rursus est dolor secundū deū, qui salutē adfert & solidum gaudiū. Paulus tenere diligens oēs suos, tamen gaudet quod Corinthios in huiusmodi dolorē cōiecerit, dāmnato eo, qui rē habuerat cū uxore patris, siquidē ex hmōi dolore uelut ex amaro pharmaco sequitur ppetuū gaudiū. Et interī certa salutis spes admixta pñe tēperat doloris amaritudinē. Ita Dauid quū inge-

Psal. 50.

Gene. 4.

MINI CONCIO DERASML.

Quā ingenue cōfessus esset peccatū suū, ac cōmeritā
 dei uindictā, audi quantū spei cōceperit ex misericor
 dia domini. *Aspices me, inquit, domine hyssopo & mī* P^{sal.} 50.
lavor, lauabis me, & sup niuē dealbabor. Nō ex su-
is benefactis, sed ex aspersione sanguis agni imaculati
pollicetur sibi munditiē, quūq; agnoscat sese ex ute-
ro matris sordibus inquinatū, tamē ex hoc lauacro
sperat candorē innocētię, cui cedat etiā cādor niuis.
Nec solū sperat rediturā innocētiā, uerū etiā pñę
maerorē uertendū in spūale gaudiū. Auditui, inqt,
meo dabis gaudiū & letitiā, & exultabūt ossa hu-
miliata. R edde mihi letitiā salutaris tui, & spiritu
principali cōfirma me. O mirā peccatoris fiduciā,
etiā amplius quiddā sibi promittit: Et exultabit, in-
quit, lingua mea iustitiā tuā. Domine labia mea ape-
ries, & os meā annunciabit laudē tuā. Expertus tan
tam domini misericordiā, hortabitur & alios ut re
spiscāt. Ita dominus Petro: Et tu cōuersus aliquādo Luce. 22.
cōfirma frēs tuos. Perierat Dauid, si iustitię sese cō-
misisset, sed hac pte inferior appellauit misericordi-
am: & ideo misericordias domini cantat in eternū.
Qui litē agūt apud hoīes, quoties de causa periclitā-
tur, si queāt, appellāt aliud tribunal, q̄q̄ incerti an il-
lic sint expturi iudicē aqorē. Neq; enī raro fit, ut q̄
appellauit, suo malo appellarit. Nobis aut charissi-
mi, longe tutissimū est, non cōtendere cū iustitia dei,
hoc est, non iactare aduersus stimulum calces, sed
protinus appellare tribunal misericordię. Et in hu-

DE MISERICORDIA DQ-

manis quidē iudicijs nihil aiūt esse tutius, q̄ si quo liceat fūco p̄negare crimē intentatū, & rhetores miserimū cause statū esse docēt, quā uocāt deprecationē, quū reus dicit, peccavi, ignosce. Hic cōtra nihil tutius q̄ ultro cōfiteri, quicquid admissum ē, & iplorare iudicis misericordiam. Huc quū in oībus sacris libris nos tā amanter puocet diuina bonitas, huc quū tot insigniū uirorū exēpla cohortētur, quur inuenitur q̄ sui desperās malit in malis cōsenescere? In deo, qui simplicissime nature ē, nihil ē, qd̄ cū alio pugnet & tamē si spectemus ea, quę nobis eueniūt, uidetur certamē esse inter dei iustitiā & eius misericordiā. Iustitia uocat ad p̄nā, sed misericordia iuxta Iacobi dictū, κατὰ κλυχάρη ἢ κρισίως, hoc est, exultat aduersus iudiciū ueluti uictrix. Quis unq̄ occlamauit, Iesu miserere: quin ilico misericordiā sit adeptus? Clamat Cananea, miserere domine, & sanatur filia. Clamet & unusquisq; peccator, miserere domine, & sanabitur aīa. Clamat mēdicus ille cæcus, miserere fili Dauid, & abiecto palliolo recipit oculos. Clamemus & nos, miserere Iesu fili dei, clamemus fortiter & cōstanter inter medias obstrepētū malarū cogitationū turbas, & ex huius mundi mēdicis faciet regni cœlestis hæredes. Quisquis ambit huius uitę cōmoda, cæcus est, mēdicus est, in sordido pallio stipē rogat a populo. Qui regnū ambiūt, etiā si rē magnā ambire uidetur, nihil aliud quā stipem mise-

Iaco. 2.

MINI CONCIO D. ERASMI:

*pena misere medicant à turba. Qui uenatur honores
 & quãlibet amplas dignitates, populo occlamat, mi-
 seremini, date stipẽ. At si quis acclamet: iesu domine
 miserere, paratus est ille dare nobis seipsum. Restat
 dominus uocat ad se, quin accurras infelix? quid ces-
 sas in pãnis tuis infelicibus? Patet arã misericordiã,
 & tu te uertis ad uincula demetiã. Aperitur asylũ
 diuinã clemetiã, & tu pfugis in barathrũ infelicis
 desperationis. Seruator porrigit tibi manum, & tu
 auertis uultũ. Reseratur tibi coelũ, & tu te proripis
 ad precipitiũ. Aperitur tibi diuinã bonitatis gremi-
 um, & tu fugis ad infelicẽ laqueum. Latro audit in
 cruce, hodie mecum eris in paradiso, & tu teipsum ad
 dicitis gehẽnã. Sed iam tẽpus est ut absoluã quã po-
 stremo loco sum pollicitus, quibus modis potissimum
 extorquẽda sit dei misericordia. Nã de precibus, la-
 chrymis, ieiunio, cilicio, cinere, hoc est, de corde con-
 trito iã sparsim dictũ est in tota orõne, atq; hæc qui-
 dem impetrant dei misericordiã: cãterũ beneficen-
 tia in pximũ, extorquet etiã, ut ita loquar. Qualem
 quisq; uult esse deũ in se, talẽ se præbeat pximo suo.
 Græcorũ prouerbio dicitur, gratiã gratiã pareres
 apud nos uero misericordia parit misericordiã. Da **Luc. 6**
 te & dabitur uobis: Remittite, & remittetur uo-
 bis: & qua mensura mēsi fueritis pximo, eadẽ deus
 metietur uobis. Misericordiã aut siue elemosynam
 appello, nõ solum quãdo remittitur uindicta, aut sub*

DE MISERICORDIA DO.

leuatur egestas pximi, sed officiū quodcūq; qđ pio
 animo cōfertur in fratrem. Qui docet errantē, qđ cor-
 ript delinquentē, nōnunq; & qui uerberibus castigat
 peccantē, si id faciat Christiano affectu, misericor-
 diam confert in proximū: qui exhortatur cessantes,
 qui consolatur afflictos, qui in spem erigit desperan-
 tes, misericors est in proximū suū, & misericordiam
 dei uel pensat uel prouocat. Neq; uero cōuenit Chri-
 stianorū misericordiam esse uulgarē, mēdico stipem
 dat etiā ethnicus, amico periclitāti succurrit etiā
 quilibet, errata quedā cōdonant etiā gentes. Quale
 oporteat esse nostram misericordiam docet euange-
 lium: Estote misericordes, ut sitis filij patris uestri,
 qui in caelis est. Si uulgaris est dei in nos misERICOR-
 dia, sufficiat nobis & in proximū uulgaris misERICOR-
 dia. Quod si ille solem suū iubet oriri sup bonos
 & malos, & tam diuitē huius mūdi prouentū pati-
 tur esse cōmunem pijs & impijs, si uolumus illius
 germāi uideri filij, simus & nos benefici, nō solū in
 amicos, cognatos & bene meritos, sed etiā in alie-
 nos, etiā in inimicos ac male meritos. Si deus p no-
 bis idololatrā ac gehēne filijs unicū filiū suum tra-
 didit, magnum uidetur si nos uicissim in inimicū offi-
 ciū cōferimus, qui uel ob hoc frater ē, qđ homo est.
 Et si dominus iustus pro peccatis nostris semetipsam
 imolauit in ara crucis, magnū uidetur si pximo re-
 mittimus iniuriā? Qua frōte peccator clamat: misE-
 rere mei

Luca. 6.

MINI CONCIO D. ERASMI.

Terre mei deus, q̄ fratri suo negat misericordiā? Nōne
is merito audiet illud ex euāgelio: Serue neū, omne Mat. 13.
debitū remisi tibi, nōne oportuit & te misereri con-
serui tui? Quicqd̄ beneficentiæ cōtulerimus in pro-
ximū, id dominus patitur sibi imputari, quū nullius
egeat: & quanq̄ quicqd̄ in frēs nostros collocare pos-
sumus officij, id totū cumulatissime collocatū ē pri-
us in nos à deo, tamē p̄inde q̄si nostris in pximū be-
nefactis obstringatur, pollicetur se cū foenore multo
repositurū mensurā bonā, confertā & coagitatam.
An nō est bona mensura, quū pro pauperi collecto
hospitio dominus te recipit in regnū cœleste? Opti-
ma ditescendi ratio est, huiusmodi benignitate pau-
perescere. Prudentes huius mūdi nō sūnt pecuniam
suam in forinijs ociosam esse, sed apud mēsarios depo-
nūt, ut pariat usurā. Qui cœlestibus bonis uolunt dit-
tescere, cum hoc liberalissimo foenore rē habe-
ant. Beatos appellamus diuites, & in euāgelio bea- Mat. 5.
ti dicūtur misericordes, quoniā ipsi misericordiā cō-
sequētur. Foeneratur, inquit, sapiēs ille Hebræus, do Prouer. 19.
mino, qui miseretur paup̄is, & uicissitudinē suā red-
det ei. Et p̄pheta: Peccata, inquit, tua eleemosynis re Danie. 4.
dime, quoniā ut ait ap̄lorū p̄iceps: Caritas operit 1. Pe. 4.
multitudinē p̄torū. Audis p̄mutationē, sed cū ingēti
lucro. Silr & psaltesille, mysticus: Btūs hō q̄ misere- Psal. III.
tur & cōmodat. Foenerat igitur deo q̄sq̄ amore dei
beneficiū collocat in pximū. Audis mutū, audis foe-
nerationē

DE MISERICORDIA DO-

nerationē, audis redēptionē. Quisq; læsit pximū, ob
noxius ē illi, quē læsit: quisq; officio iuuat pximū, ob
stringit illū quē afficit beneficio. Ne exige uindictā
ab eo q læsit, sed cū deo pmuta: cōdona pximo pau-
ca leuiāq; delicta, et deus ex pacto tibi donabit uni-
uersa. Ne repete mercedē à pximo, cui benefeceris,
sed à deo repose, q̄cqd erogarīs, & ille pro tparijs
reponet æterna. Varia sunt sacrificiorū genera, qui-
bus placatur deus, hymni spūales, cātus, p̄ces, uigi-
lie, ieiunia, uilitas uestiū: sed nullū sacrificij genus ef-
ficacius, q̄ misericordia in frēm. Itē inq̄t dominus, et
discite qd sit: Misericordiā uolo, et nō sacrificiū. Nō
dānat sacrificia, sed oībus p̄fert misericordiā. Qd̄
nos dominus Iesus ore suo docere dignatus ē in euāge-
lio, id multo antē docuit p̄ os Michee p̄phetæ. Quū
enī dominus exprobrasset poplō suo inuincibile ī ma-
lis obstinatiā, populus anxius, quo pacto queat placa-
re deum, merito tot sceleribus irritatū, ait: Quid di-
gnū offerā domino? Curuabo genu deo excelso. Nū
qd illi offerā holocaustomata, et uitulos annielos? Nū
qd placari potest in milibus arietū, aut in multis mī-
libus hircorū pinguiū? Nunqd dabo primogenitū me-
um p̄ scelere meo, fructum uētris mei p̄ peccato ani-
mæ meæ? Hactenus populus, intelligēs nullū ab hoīe
sacrificiū ī molari posse satis idoneū peccatis expian-
dis, etiā si supra multa arietū milia, primogenitū fili-
um, quo nihil habet charius, īmolaret: sed indicat p̄-
pheta se-

Osee. 6.

Michee 6.

MINI CONCIO D. ERAS.

pheta sacrificiū efficacius, quo statim placetur irā dei
 Indicabo tibi o homo, qd sit bonū, et qd dominus qua-
 rat à te: utiq; facere iudiciū, et diligere misericordi-
 am, et sollicitū ambulare cū deo tuo. Quid ē facere
 iudiciū? neminē ledere. Quid ē facere misericordiā?
 etiā in merētibz benefacere. Paulus apłus addit isup
 aliqd encomio misericordiæ. Si tradidero, iqt corpus
 meū ita ut ardeā, charitatē aut nō habuero, nihil mi
 hi pdest. Magnā rē pręstitit Abrahā, q patus erat,
 unicū filiū quē diligebat, imolare: sed plus pręstite-
 rit, si qd ppriū corpus amore dei tradat incēdio. Atq;
 hoc quoq; sacrificio gratior ē charitas. Porro chari-
 tas in pximū qd aliud ē, q̄ misericordiā? Itaq; quum
 vēs i oībz assidue egeamus dei misericordiā, ppetuo
 nobis studiū eē debet, ut mutua misericordiā nos inui-
 eē subleuemus, et alij aliorū onera gestātes inuicē im-
 pleamus legē Christi, q misericordiā exigit potius q̄
 sacrificiū, et suā nos misericordiā redimere uult mise-
 ricordia collata i pximū. Verū ut gaudio gestit ani-
 mus, quū repeto mecū, q̄ta sit in nos misericordiā do-
 mini, q̄q; eā nobis parabilē eē uoluerit: ita ingēs do-
 lor oboritur cordi meo, quoties cōtēplor, q̄ rarum sit
 inter Christianos misericordiæ studiū. Si uere miseri-
 cordes essemus, etiā i Turcas se pferret nostra bene-
 ficētia, cōgereremus carbōes igneos i capita illorū,
 ut uicti nostra bonitate, tādē accederēt ad religionis
 consortiū. Nunc Christiani Christianos bellis, latro-

f cinijs,

DE MISERICORDIA DO.

cinis, furtis, rapinis, crudelius incessimus ac uexamus, q̄ ulla fere genus inimicū infestit. Si questū spectes, qd̄ aliud q̄ mutuo laniatu uiuimus, piscium ritus
Quis cōpendioli causa nō paratus est imponere fratri suo, cuius egestati uel gratis debebat succurrere? Nunc ex inopia fratris intenditur indicatura, moritur frater inopia cibi. Quo maius uideo periculum, hoc illi charius uēdo quod desiderat. Quā immitis erga inferiores ferocia, q̄ta inferiorū erga superiores rebellio, q̄ nusq̄ sincera charitas. Rixis, obretationibus, sycophantijs plena sunt oīa. Nec solū leuē iuriā atroci talione pēsamus, uerū etiā imerētes ultro ledimus. Nec interī nobis uenit in mentem, q̄tā misericordiā dominus ī nos effuderit: repetiturus uti q̄; qd̄ dedit, nisi qd̄ accepimus, refundamus in proximū. si queritis, inq̄t p̄pheta, querite. Si querimus dei misericordiā, uere & ex aīo queramus. Cōuertimini & uenite. Illa se cōuertet ad nos, si nos cōuertamur ad illā. Venit ad nos dei misericordia, quū ī terras descēderet dei filius: nos uicissim ueniamus ad illam. Inclinat se dominus clementissimus, ut absoluat adulterā: sed uicissim erigamus nos affectū nostrū ad inclinantē se nobis. Primus gradus ē, abycere mala. Sic medici primū corpus inaniunt, ut post inserāt succos meliores. Euome & tu peccator ex aīo tuo prauas cupiditates, q̄ militāt aduersus deū: libidinē, auaritiā, luxū, arrogantiam, iracundiā. Quū p̄sistēs ī peccatis, implorat dei misericordiā, nōne p̄inde facit,

Esai. 21.

MINI CONCIO D. ERASMI.

*quasi hostis armatus gladiū & clypeum tenēs petat
 pacē? Qui petit, accipit: q̄ querit, inimicit: qui pulsat* **Matth. 7.**
*huic aperitur. Si petitis misericordiam, uere petite: si
 queritis, uere querite: si pulsatis ostiū misericordie,
 uere pulsate. Vultis exēplū uere petentis misericor
 diā? Recte petebat filius ille p̄fusor, sed iam relictis* **Luce 15.**
*porcis, sed iā reuersus ad prēm: Pater peccavi in coe
 lo & corā te, fac me sicut unū ex mercenarijs tuis.
 Iam audi publicanū, q̄ ob conscientia suorū criminū* **Ibid. 18.**
*non audet attollere oculos in cœlū, non audet p̄pius
 accedere ad p̄pitiatorium, sed p̄cul stans, tundit pe
 ctus suum, ac dicit: Domine p̄pitius esto mihi pecca
 tori. Petit, q̄ mutatis in diuersum affectibus, p̄ temu
 lento fit sobrius, p̄ ganeone castus, p̄ nepote t̄patus,
 pro rapace beneficus, p̄ mendaci uerax, p̄ maledico
 benedicus, p̄ fucato simplex, p̄ uindice mitis, p̄ cru
 deli misericors. Pulsat aut̄, q̄ pia ī probitate ueluti uī
 facit misericordie diuinæ, nunq̄ cessans misericordiā
 exercere in p̄ximum. Clama domino: Misere: sed
 si uis audiri, fac ut illū uicissim audias. Clamat ille in
 membris suis egenis et infirmis. Hic si tu obturas au
 rem tuā, ille uicissim nō audiet te clamantē ad se. Ille
 in suis pusillis refocillatur: ille ī ijsdem sitit, esurit, e
 grotat, affligitur: in ijsdem negligitur, et offenditur.
 Sed impudentius etiam dicit domino: Misere mei:
 qui non solum claudit uiscera sup̄ fratre suo, uerum
 etiam uexat immeretē, opprimit imbecillem, tra
 s̄ 2 ducit in*

DE MISERICORDIA DO-

Matth. 15.

ducit innoxium, spoliat inopem, imponit incauto. In his factis perseverans, frustra in clamat domini misericordiam. Si quod Christum in suis membris non refocillarunt, audiet: Ite maledicti in ignem eternum, quod audituri sunt, quod Christum in suis membris concupiscunt, conspuunt, irridet, cedunt affligunt, criminantur, occidunt? Celebratur inter mimos, ni fallor, Publicanos, digna Christiano sententia: Beneficium dando accepit, quod digno dedit. Quid hic cotaris morosus expensor alienae dignitatis? Digno dedit, quisquis membro Christi dedit: digno dedit, quisquis fratri dedit. Denique digno dedit, quisquis amore Iesu dedit homini. Si quaeris lucrum, illi foenera: si metuis malum, habes quo redimas. Post seuam oburgationem, quod ait dominus in euangelio? Veritatem date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis. Quum te pestas maris urget, non dubitas mercium quibus pretiosarum iactura redimere vitam: quum iminet vindicta dei, grauaris in proximum erogare pecuniam? Quid non facis exorto incendio? Quod autem incendium formidabilius, quam ira diuina, quum exarserit in breui ira eius, nec uteris ad hoc extingendum monstrato remedio? Quod, inquit, quod monstrat? Optimus ille Sirach: Ignem, inquit, ardentem extinguit aqua, et eleemosyna resistit peccatis. Eleemosyna nescit ostentationem, alioquin perdit nomen suum. Qui praecinente tuba, dat sportulas, non praebent eleemosynam, sed licitam tur gloriam. Ea demum est eleemosyna deo, quum nescit ministrata tua, quod faciat dextera tua. Pone, inquit ille, the-

Luc. 11.

Eccle. 3.

Matth. 6.

Eccle. 29.

SANTISS

MINI CONCIO D. ERAS.

Saurū tuū in præceptis altissimi, et pderit tibi magly
 q̄ aurū: cōclude eleemosynā in corde paupis, & hæc
 exorabit p te ab oī malo. Nunq̄ tutius defoditur the
 saurus, q̄ i corde paupis. Hic lōge melius icluditur q̄
 scrinijs ferreis. Obluiscere tu depositi: ignoret pau
 per, si fieri potest, autorē beneficij. Quū res poscet i
 tercessorē, nō erit muta eleemosyna, sed exorabit do
 minū, ut q̄ pximū subleuaris i aliquo malo, libereris
 ab oī malo. Vultis audire loquentē eleemosynā? Veni **Matth. 5.**
 te benedicti patris mei, q̄a quū esurirē, dedistis mihi
 cibū: quū sitirē, dedistis mihi potū: quū esē nudus, ue
 stistis me: quū egerē lecto, collegistis me: quū ægrota
 rem, inuistis me: quū esē in carcere, uenistis ad me,
 Illi nō meminerāt officiorū, et dicūt: Domine, q̄do uī
 dimus te egentem his rebus, et suppeditauimus tibi?
 Pars altera cōmemorat suas uirtutes, et audiunt: Ite
 in ignē aternū. An nō hic tēpestiua interpellatrix fu
 erit nobis eleemosyna, q̄ liberabit à gehēna; hoc est,
 ab oī malo: et adiūget domino, q̄ fons est honorū oī. mē
 Quid igitur supest charissimi, nisi ut imploremus do
 mini misericordiā, ut hoc quoq; nobis largiatur, ut es
 se misericordes possimus in pximū, ne si hic illius mi
 sericordiā neglexerimus, post eā frustrā reqramus:
 sed tāto seuerius iudiciū expiamur, q̄to fuerimus hic
 maiore misericordia puocati. Vincat in nobis huma
 nos affectus misericordia in frēs, ut in deo uincat er
 ga nos misericordia iudicium. Ita fiet, ut cōcordibus

VIRGINIS ET MARTYRIS

animis simul misericordias domini cātemus in aeternum, pfitētes miserationes esse sup oīa opera ipsius. Cui laus & gloria p oēs fines terre in oē aūū. Cōcio nōm cantione fūiemus.

ANTIPHONA.

Dominator dñe deus, misericors & clemēs, ptiens & multę miserationis, ac verax, q̄ custodis misericordiā in milia, q̄ aufers iniquitatem & scelera, atq; peccata, nullusq; apud te p se innocēs est. *Vers.* Fiat misericordia tua dñe sup nos, quemadmodū spāimus in te. *Col.* Deus q̄ omnipotentiam tuā parcēdo maxime & miserādo manifestas, multiplici ca sup nos gratiā tuā, vt ad tua pmissa currētes, coelestis bonorū facias esse cōsortes. per dominum no. r. c.

FINIS.

ERASMVS ROTERODAMVS IN-
tegrissimo doctissimoq; patri Helie Marceo
Maccabetano, honoratissimi Maccabeo-
rum collegij moderatori S. D.

Mittimus libellū & breuē, & sero: sed quena-
fatearis & prolixum, & satis maturatū, se-
scias q̄ nihil ocij mihi reliquū faciāt ad gratificandū
amicis in huiusmodi materijs crebre egrotationes:
penē iugis occupatio, quū alijs in rebus, tū precipue
in mittendis ac recipiendis epistolis: deinde studiōrē
labor, quem exigūt argumēta suscepta. Si satisfactū
est uoluntati tue, uehemēter gaudeo: sin minus, certe
promptā animi nostri uoluntatem probes, oportet, se
moda

COMPARATIO PER ERAS.

*modo nõ falso nobis tua predicatur humanitas. Quã
dabitur plus ocij, cumulatius tuo pio desiderio satisfi-
faciemus. Bene uale cum honorabili choro tuo, uir
optime. Basileæ, tertio Cal. Aug. Anno. 1524.*

ERASMVS ROT. VENERABILI
collegio uirginum Maccabaëitarũ apud Co-
loniam Agrippinã, salutem in Christo Iesu
uirginis filio, ac uirginũ oĩm corona.



Amiterũ atq; iterum tragematis ac
dulciarijs quibusdã prouocat me ue-
stra pietas uirgines optime, ut ali-
quo scripto simul et thesaurũ uestrũ,
quem sanẽ pretiosissimũ tenetis, cele-
brem, & uobis uestrũ propositũ cõmendem: in quorũ
altero religiosa quadã ambitione ducimini, quæ non
uestrã queritis gloriã, sed dei, qui in sanctis suis uere
gloriosus est. In altero sentio uos spũale lucrũ quere-
re: nimirũ illud uenantes, ut pro xenijs quæ delectãt
palatum, recipiatis ea quæ pascant animum. Pia ca-
ptatio est, sancta auuiditas est, prudens et uere lucrife-
ra cõmutatio, planeq; digna sapiẽtib; uirginibus: si
modo is essem, q̄ possim ex diuinarũ scripturarũ my-
rothecijs aliquid depromere, qd̄ æque reficiat men-
tem uestram, ac uestra munuscula reficiunt corpu-
sculum nostrum. Non erratis in affectu, sed erratis
in delectu. Quod optimum est diligitis, uerum non

f 4 cum de

VIRGINIS ET MARTYRIS

eū deligitis q̄ possit sanctissimis uotis uestris satisfacere. Ne tamē simplr ingratus uidear, etiā atq; etiā gratulor uobis, deo dilectæ uirgines, istū animū nihil aliud sitiētē, q̄ gloriam spōsi uestri. Est enī et hoc argumētū spōsæ uere castæ, spōsi sui gloriā, suā ducere. Et ē ille qdē speciosus præ filijs hoīm, cui uos peculi ariter estis addictæ, gloriosus in oībus factis suis: si quis huius mūdi fabricā admirabilē undiq; contēple tur, gloriosior tamē in orbe redēpto, quā in cōdito. Nutu cōdidit mūdū et āgelorū agmina, sed pretioso sanguīe suo restituit qd cōdiderat. Eadē sapiā, qui ē Iesus christus, q̄q; mirabilis huius opis opifex ē, quo mirabilius qdāā ederet, arte diuina cōstruxit domū eternā, ac tēplū deo dignū, quæ ē ecclesia, quā ueluti ditissimus rex, oī genere spūaliū ornāmētorū decorauit. Quid enī ē aurū, argētū, marmor, ebur: qd smaragdus, topazius, beryllus, uariūq; gemmarū splēdor, si cōferatur ad opes diuini spūs, q̄ sunt, pphe tia, donū linguarū, uirtus in edēdis miraculis, ac sanādis morbis, pax, puritas, charitas, tolerantia? Totū edificiiū uiuū ē lapidibus admirabili cōcordia in ter se coagmētatis surgit usq; ad coelū, ipso Christo lapide āgulari totā fabricā cōplectēte, ne q̄ possit la befactari. Hi sunt uarij sanctorū ordēs, in hoc tēplo gaudet uersari, quæ admodum alicubi dicit: Delūcie meæ sunt esse cū filijs hoīm. His opibus magnificus ille Solomō sese iactat, nusq̄ admirabilior, nusq̄ glorio rior

Psal. 44.

uelut qd dicit
 ita si quis
 huius mudi
 fabricam

Prouer. 8.

COMPARATIO PER D. ERAS.

riosior, quā in sanctis suis. Quos hoc honore dignatus ē, ut illos sua mēbra reddiderit, & in fratrum nomen ac ius coaptatos regni cœlestis fecerit coheredes? Pro oībus mortuus ē, præcipua tamē illius gloria ē in martyrum turmis, & uirginum choris. Hæc sunt pretiosissima monilia, quibus hactenus superbit & iactat sese Christi ecclesia, quæ non nouit nisi de spōsi sui donis gloriari. Quicquid enī in sanctis gloriosum est, Christi munus est, uaria sunt delitiæ, uaria sunt ornāmēta sponsi uestri, optimæ uirgines. Septus incedit diuersis uirtutum gēmis, innumeris flosculorum generibus, sed potissimum oblectat animū suum uel rosis martyrum, uel lilijs uirginum. Nec mirum si hoc amat, qđ est ipse, imò cuius ipse fons est alijs: Ego, inquit, flos cāpi, & liliū conuallium. Ille Canti. 2. martyr princeps ē, p̄ hunc martyres fortes sunt. Ille uirginum dux ē, & p̄ hunc uirgines uincunt carnē cum suis cōcupiscētis. Posteaquā ille descēdit in terras, & immisso charitatis igni, abiit hyems ac recessit, hi flores passim apparuerunt in terra nostra. Quā erat ante rara uirginitas? At posteaquā Christus eā consecrauit, quot milia subito exorta sunt p̄ uniuersum terrarū orbē, iuuenum ac puellarum, qui se sponte castrarunt p̄pter regnū dei? Posteaquā ille morerētur, quot examina uirorum ac mulierum extiterunt, qui uolētes atq; adeo gaudētes sua corpora

f s tradiderunt

VIRGINIS ET MARTYRIS

Canti. 2.

tradiderūt in mortē p̄ gloria Christi? Nimirum hoc est, qđ sp̄sus uester gloriatur in Canticis: Surge p̄pera amica mea, colūba mea formosa, & ueni. Iam enī hyems trāsijt, imber abiit et recessit, flores apparuerūt in terra nostra. Quā ita sterilitas effēt in oī terra nostra, nisi sol ille coelestis accēderet animos nostros charitate sua, nisi foueret mentem nostrā imbre sua gratiae? At quid euangelico uere uernantius? Quid uberius? Quid amabilius? Rosa breuē habet purpurā, & liliorū breuis est gratia, unde quidā ethnicus ita scripsit: Nec uiuax apiū, nec breue liliū. At isti flores quibus foecūda est ecclesia, nunq̄ marcescunt. Christus enī liliū est imortale, & suis lilijs cōfert imortale gratiā: rosa est imortalis, cuius decor nunq̄ marcescit, & suis eandē praestat p̄petuitatē. Dicitur aut̄ flos cāpi p̄pter Iudeos. Campi culturae sunt idonei. Apud Iudeos tinctus ē pretioso sanguīe suo, quos excoluerunt Moses & p̄pheta, licet illi cultoribus nō satis responderēt. Liliū erat cōualliū apud gentes asperas & incultas, quibus p̄suasum ē illū ex uirgine Maria hūana carne uestitū fuisse, oīs maculae ne scium. Nimirū ille erat liliū euangelicū, qđ deus pater sic uestijt, quō nō erat uestitus Solomon in omni gloria sua. Nec enī Solomon aut quisq̄ alius sortitus est carnē ex uirgine, nulla primi parētis labe sordidatā. Huic lilio qui sese adiungūt p̄ fidē, quoniā fiunt una caro cū illo & unus sp̄s, purgātur à sordibus, accipiunt

COMPARATIO PER D. ERAS.

accipiūt candorē innocētię, & fiūt ipsi quoq; lilia.
 Sic enī eodē in loco cōtinēter loquitur spōsus, q se li-
 lium dixerat: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea **Canti. 2.**
 inter filias. Quid ē liliū inter spinas? uirgo inter cō-
 iugatas. Honestā res ē matrimoniū, sed spinis ac tri-
 bulis obsita. Tribulationē, inquit Paulus, carnis ha- **1. Cor. 7.**
 bebūt hmoi. Si quis dubitat an matrimoniū habeat
 spinas, cōsulat uxores, quid molestiarū adferat ma-
 ritus morosus, ebriosus, aleator, adulter, p̄fusor, qd
 affines, quid impij liberi, & neget si uidetur uirgi-
 nem esse liliū inter spinas. Virgo libera curis huius
 seculi, cogitat ea que domini sunt, quō placeat illi:
 que maritū habet, uelut hinc atq; hinc lacerantibus
 uarijs curis in multa distrahitur. Oēs quidē qui Chri-
 stū induerūt, lilia sunt, sed pręcipue uirgines. In his
 pascitur ac deliciatur spōsus ille mirabilis, q nō capi-
 tur quibuslibet. Dilectus meus mihi & ego illi, qui **Canti. 2.**
 pascitur iter lilia donec aspiret dies & inclinentur
 umbrę. Tales flores ille colligit, ut cōtexat ex eis co-
 ronā imarcescibile in cœlis. Quēadmodū & alibi di-
 citur: Dilectus meus descendit in hortū suū, ad areolā **Canti. 6.**
 aromatū, ut ibi pascatur in hortis, & lilia colligat.
 His nimirū lilijs dicitur apd̄ Ecclesiasticum: Florete **Eccle. 39.**
 flores sicut liliū, et date odorē, et frōdete ī grām, &
 collaudate cāticū, et benedicite dominū ī opibus suis
 Virgineis cātilenis delectatur uirgo spōsus. Hoc est
 cāticū nouū, qd̄ nesciebat synagoga, in q̄ maledicta
 erat steri-

VIRGINIS ET MARTYRIS.

Apo. 14.

erat steril, q̄ nō pareret. Sed in euāgelio canūt nouā
 cationē innūcri, q̄ empti sunt de terra, & in angela
 rū consortiū asciti, eo qđ uirgines neq; nubunt neq;
 ducūt uxores, sed sequūtur agnū, quocūq; ierit, uer-
 santes absq; macula ante thronū dei. Multe erāt im-
 maculate ī cōspectu hoīm, sed felices que tales appa-
 rēt ante thronū dei, felices que uere canūt nouā cā-
 tilenā nouo sponso psallētes in corde suo, sibiq; gra-
 tulātes, qđ pure puro puros hymnos modulātur. Fre-
 quēter & uester chorus spōso suo canit hūc hymnū:
 Iesu corona uirginū, quē mater illa concipit, que so-
 la uirgo parturit, hęc uota clemēs accipe. Quāta pu-
 ritas in uirgine cōcipitur ē spū cœlesti, ē uirgine na-
 scitur incolumi uirginitatis decore, ipse uirginū prin-
 ceps & spōsus & uirginū corona. Vxorū gloria ma-
 ritus ē, uirginū gloria Christus ē. Porrò ut obiter et
 illud admoneā, metri ratiopostulat ut concipit lega-
 mus, non cōcepit. Est enī hypallage tempis, que gra-
 tiā etiā habet quoties res ipsa ponitur ob oculos, abs-
 q; tempis discretione, alioq; quē offendit tēpus in cō-
 cipit, quur nō offensus ē in parturit? Qui pascit iter-
 lilia, septus coronis uirginū, sponsus decorās gloria,
 spōsisq; reddēs prēmia. Pastor ē spōsus uester, q̄ ani-
 mā suā dedit p̄ ouibus suis, q̄ nec hodie deposuit curā
 gregis sui. Quotidie seruat, quotidie reuocat, quoti-
 die sanat, quotidie pascit. Habet aut̄ & ipse delicias
 suas, quibus fruitur, habet sodales pximos, quos hic
 sponsos

*Corpus
 rō
 rsona
 & d. m. e. t. p. i.*

COMPARATIO PER D. ERAS.

spōsos uocat, habet comites adoleſcētulas, q̄s appel-
 lat spōſas. In rebus ſpūalibus nō ē ſexuſ, ſed ex meri-
 tis indiūtur ſexuſ aut etatis uocabula. Vnica eſt ſpon-
 ſa Chriſti, quæ ē eccleſia, ea multas habet ſodales, q̄-
 rū unaquæq; ſpōſa dici pōt. Ipſe ſponſuſ ē unicus, ha-
 bet tamē quōſdā unice charos, q̄buſ cōmittit ſponſas
 ſuas, ut & illi quodā mō ſpōſi dici poſſint. Etenī ſi ep̄-
 ſcopi recte dicūtur paſtores, quū unus ſit paſtōr do-
 minuſ Ieſuſ, qd̄ uetet eoſdē dici ſpōſoſ? Et ſponſæ qdē
 huiuſ ſeculi ſemp̄ tumēt muneribuſ ac dignitate ſuo-
 rū ſponſorū, oſtentāt ac iactāt mundū ſuū: porrō quæ
 ſponſum non habēt, uidētur repudiatæ ac deſtitutæ.
 Spōſuſ autē Ieſuſ ſuas ſpōſas p̄ ſpretiſ huiuſ mūdi or-
 hamētis, decorat eaſ animi dotibuſ, p̄ mox euanitū-
 ta carniſ gloria, cōfert illiſ gloriā imortalē: Sponſiſ
 uero q̄ ad exēplū ſummi paſtoris, & morte uſq; de-
 pugnarūt p̄ ouibuſ illiuſ, tanq̄ ſtrenuiſ athletiſ red-
 dit præmia. Quæ præmia? Non coronā quærnā aut
 laurinā, nō ſtatūā aut titulū aut aliud ſimile præmi-
 um, qd̄ mūdus p̄ rebus bene geſtiſ ſolet repōere, ſed
 coronā imarceſſibilē in cœliſ, & nomē inſcriptū li-
 bro uitæ, qd̄ nulla unq̄ etas ſit abolitūra. Hoc ſodali-
 tio peculiariuſ delectatur ſpōſuſ ille delitioſuſ, q̄ nō
 minē tamē quāuiſ humilē faſtidit. Sequitur em̄: Quo-
 tūq; p̄giſ, uirgineſ, ſequuntur atq; laudibuſ, poſt tē-
 canēteſ curſitat̄ hymnoſq; dulceſ p̄ſonat. tuxta mū-
 dū indecorū ē uirginē ultro curſitare poſt ſponſum,

turpiſ

VIRGINIS ET MARTYRIS

turpius autē sit, si plures uirgines unū spōsum sequantur. In rebus animi secus ē, nihil enī pulchrius quā si quā plurimæ uirgines adhereāt unī sponso Iesu. Non mirū autē si cursitāt uelut amore sponsi lymphatæ. Trahit enim ille secretis illecebris, amabilis supra omnē amorē humanū, speciosus præ filijs hominum, in cuius labijs diffusa ē gratia, cuius uultum intueri angeli p̄ summa felicitate ducūt, afflat odoribus suis quos uult, & afflatæ dicūt: Trahe me post te, curremus in odore unguetorū tuorū. Nō possunt currere nisi trahātur, nō possunt amare nisi prius adamatæ. Et quæ iā tractæ sunt, cupiūt copiosius trahi, quæ currunt cupiunt accurrere, ut iungātur p̄pius ei quem amat. Porro gratiā in labijs illius diffusam senserūt illi, q̄ dicunt: domine quō ibimus? uerba uitæ habes. Oēs qui Christi nomē p̄fitētur, sequuntur pastorem suū Iesum, sed hi soli sodales indiuidui sequūtur quocūq; ierit, sequuntur usq; ad uerbera, sequūtur usq; ad crucē. Dominus Iesus quum eēt in terris, sepe dicebat post se ingentē numerū p̄miscuæ multitudinis: quū iret Hierosolymā occidēdus, rarior erat comitatus: sed longe rarior, quū crucē suā baiulās iret in montē Caluariæ. At qui uere sunt spōsi sodales, quæ uere uirgines sunt, ne hic quidē diuellūtur à sponso. Quū p̄deret in cruce, nusq̄ erat Petrus, quæ uxorē habuisse creditur, sed uirgines adherebāt cruci, Maria mater Iesu & Iohānes, reliquæ mulieres p̄cul stabāt spectatrices

Canti. i.

Ioan. 6

COMPARATIO PER D. ERAſ.

ſpectatrices eorū quæ gerebātur. Sequuntur igitur,
 & quidē alacres ac uolentes, nec ſequuntur mutæ,
 ſed cū cātilenis ac laudibus, hymnosq; dulces pſonāt.
 Quæ nuptæ ſunt hoībus, his nō uacat intereſſe cho-
 reis, nō uacat, imō nō libet aliquoties canere: mos ge-
 rundus marito, rixandū cū ancillis ac famulis, caſti-
 gādi liberi. Noſtræ uirgines ab oībus huius mūdi ſcl-
 licitudinibus liberæ, nihil aliud q̄ in ſpūalibus cho-
 ris dulces hymnos canūt ſpōſo ſuo. Nihil enī ſibi tri-
 buūt, omnē felicitatis ſuæ gloriā trāsfundūt in eum,
 cui uni debēt oīa. Hmōi cātilenis delectatur amator
 ille, uult cani ſua dona: phariſaicas cātilenas odit, ie-
 iuno bis in ſabbato, decimas bonorū meorū do paupe-
 ribus, nō ſum. ſicut cæteri hoīes. Virgo, quo caſtior ē,
 hoc ē modeſtior. Audite uocē ueræ uirginis: Ecce an **Luce. 1.**
 cilla domini. Et reſpexit humilitatem ancille ſuæ. In
 eāticis ſpōſam ſuā appellat columbā, huius formā ui-
 dere deſiderat, huius uocē audire exoptat: Veni, in- **Canti. 2.**
 quit, columba mea in foraminibus petreæ, in cauerna
 maceriæ, oſtēde mihi faciē tuā, ſonet uox tua in auri-
 bus meis, uox enim tua dulcis, & facies tua decora.
 Habet & animus faciē ſuā, habet & uocē ſuam. Ex
 oculis eſtimatur potiffimū facies, oculis iudicamus,
 oculis etiā abſq; uoce ſignificamus u. timos animorū
 affectus. Simplex eſt oculus uirginis, nō inuidet, non
 inſidiatur, non ſuſpicatur malum, non male cogi-
 tat. Huiusmodi facies delectat ſponſum, qui pau-
 lo poſt

VIRGINIS ET MARTYRIS

lo post ita loquitur: *Quā pulchra es amica mea, q̄ pulchra es, oculi tui columbarū. Dixerit hic aliq̄s: qd̄ habet dulcedinis colūbæ uox querula ac gembunda, ut quenq̄ delectare possit? Luscinia uox potius erat uocanda ad parabolā. Habet rarus ac uehemēs amor p̄petuas querimonias, sed blādas et sp̄so gratissimas. Audi gementē colūbā: Cupio dissolui et esse cū Christo. Et rursus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Audi alterā columbā: Heu mihi, q̄a incolatus meus plongatus est. Et, Sup̄ flumina Babilōis illic sedimus et fleuimus, dū recordaremur tui Sion. Hæ uoces querulæ ac suspiriorū plene, gratissime sunt. aur̄: bus sp̄si: huiusmodi cātionibus oblectatur. Quoniā aut̄ dixerāt: Hæc uota clemens ac sipe, tēpus est ut expromāt quid optēt à sp̄so: num dā uitias, num honores, nū uoluptates, num regnū, num longæuitatē? Harū rerū securæ sunt, quas semel medullitus corripuit uehemēs amor sp̄si. Quid igitur Te deprecamur largius, nostris adauge mentibus, ne scire p̄sus omnia corruptionis uulnera. Agnoscunt quantum thesaurus sit uirginitas, id est, animus incorruptus in corpore incorrupto. Agnoscunt totum hoc quod habēt munificentie esse sponsi: optant igitur ut quod largitus est augeat, ut beneficium beneficio cumulet. Nulla est tam pura uirgo, quæ nō habeat, quo proficiat. Vix enim inuenias, q̄ ut corpus sit illibatū, non aliquādo delinquat cogitatione. In uirginitas ue*

Philip. 1.
Rom. 8.
Psal. 119.
Psal. 136.

Te deprecamur
uirginitas
est animus
incorruptus
in corpore
incorrupto

COMPARATIO PER D. ERAS.

*ra nō tantū sita est in dono castitatis, sed oē animi uirtū huius uirginitatis ē corruptio. Qui deflexit à re-
 fectitudine fidei catholice, huius cōtaminata ē uirgini-
 tas. De hac puritate loquitur Pau. scribēs Corint. De- 2. Cor. II.
 spōdi uos uni uiro uirginē castā exhibere Christo. Ti-
 meo aut, ne sicut serpēs seduxit Euam astutia sua, ita
 corrupātur sensus uestri, et excidāt à simplicitate, q̄
 est i Christo Iesu. Virgo cōtaminata liuore, obrecta-
 tione, arrogātia, nō caret uulnere corruptiōis. Orāt
 igitur ut munificētissimus sponsus augeat suas dotes,
 detq; nescire pr̄sus oīa corruptionis uulnera. Quid
 est pr̄sus? Animo et corpore. Quid ē oīa? Quicquid
 humanus affectus suggerit. Videri poterat hoc uotū
 improbū, ni spōsus esset oīpotens, optimaq; fidei. Ille
 suos nō solū uult eē sui siles, uerū etiā uult idē eē. Sed
 demus in hac uita nemini p̄fecte cōtingere, qd̄ optat
 chorus uirginū, nō erit tamen irritū uotū gratissimi
 chori. Qd̄ hic meditate sunt fauente spōso, cōtinget
 plenū augēte spōso. Habet ordines suos ecclesia mili-
 tans, habet suos et triūphans. Nescio an uidear uobis
 diutius q̄ par ē, i moratus hymno, me certe nō pœni-
 tet, Ambrosiano. Nā autorē, ut alia pr̄termittā ar-
 gumēta, pd̄it in singulis dimetris dictio i fine trisyl-
 laba. In quo puto uirū illū nō tā captasse metri cōcen-
 tū, q̄ sacre triadis delectatū simbolo. Mltos hymnos
 habet ecclesia Christi spōsa, sed haud scio, an ulli mo-
 tore cū oīm tripudio canātur, q̄ q̄ spōsum celebrāt in
 g uicto*

VIRGINIS ET MARTYRIS

uictorijs martyriū, aut in uirginū triūphis. Sed ut re-
deamus ad duos illos flosculos lōge fragrantissimos, ro-
sam et liliū: Quē admodū Christi mors odore suo plu-
rimos p̄traxit ad huius uitę contēptū, ita Christi uir-
ginitas plurimos allexit ad amorem castitatis. Qui
tracti sunt ab illo, flores iā et ipsi facti, traxerunt ali-
os. Christus dixit Petro: Sequere me. Petriū q̄ mlti se-
quuti sunt? Quis negat plurimū deberi sanctis docto-
ribus, q̄ tranquillis rebus docuerūt uiā domini? Sed q̄to
plures p̄traxit ad euāgelij p̄fessionem martyriū fra-
gratia? q̄to plures uirginū exēplū? Magnū ē, fortiter
et erudite disputare de euāgelio, sed maximū est ala-
criter mori p̄ euāgelio. Magnū ē, cōtemnere gloriā
aut opes huius mūdi, sed longe maius est mortificare
carnem cū suis cōcupiscētijs. Et agnoscit eccl̄ia q̄bus
debeat. Nullis scđm Christū huberiorē habuit hono-
rē, q̄ his q̄ sua corpora uolētes ac lubētes tradiderūt
carnificū immanitati, p̄ gloria spōsi, p̄q̄ salute gre-
gis, p̄ quo mori dignatus ē ipse: p̄ximus honos habi-
tus ē his, q̄ se spōte castrauerūt p̄pter regnū dei. Quā-
tum erat eccl̄ie totius tripudiū, ubi martyr cōstāter
exhalasset aiām p̄ Christo: q̄tus luctus, si quis defecis-
set? Rursus, q̄ta eccl̄ie exultatio, si qua uirgo, cui libe-
rū erat nubere spōso hoī, sumpto uelo sacro, maluisset
nubere spōso Christo? Quātus mœror, si qua relicto
uelo, flāmeū accepisset matronale? Nimirū rei cha-
rissime grauis ē iactura. Quāto ardore oli cursita-
tum est à

Confut. & q̄
in uirginū
et martyriū

COMPARATIO PER ERAS.

tū est à Christianis ad martyrū cineres? Quā sacro-
 sancta fuit illorū apđ oēs Christi cultores memoria,
 quū quotidie senes, iuuenes, matrone, uirgines cursi-
 tarēt ad carceres, uelut ad loca deo cōsecrata: quum
 oscula figerētur catenis, quibus fuerāt alligati: quū gla-
 dius quo fuerāt iterfecti, seruaretur iter sacras reli-
 gas? Quae memoria laetior ac festiuior ecclesiae, quā mar-
 tyrū? Quādo modulatur exultātus, quā in illorū ami-
 uersarijs? Quin horū afflictioēs palmas uocat, suppli-
 cia triūphos, horū mortes natales appellat: nec ī his
 celebrandis quicquid lugubre, sed oīa plena gaudij, plena
 gratulationis, plena plausus, plena tripudij. Nec ī ul-
 lo argumēto se magis ostētauit eruditorum hoīm elo-
 quētia, quā in celebrādis martyrū ac uirginū laudibus.
 Hic Prudētius lyrico carmine uicit Pindari gradū illo
 quētiā, uicit Horatij inimitabilē elegantia. Hic Grae-
 corū pariter ac Latinorū tuba nescio quid gradū ac
 diuinius intonuit heroico carmine. Hic Ciceronis felī-
 cē copiam supant Chrysoſtomus, Cyprianus, Ambrosi-
 us, alijque plures quā ut numerādi sint. Quid eē coniecta-
 mus ī causa? Nimirū martyrū magnitudo suppedita-
 bat eloquētiā copiam, pectoris ardor addebat oratiōi-
 uim, pietas alacritatē. Fluit illis ubique diues orō, ue-
 rū quoties ad martyres uētum est et uirgines, iam
 uelut afflatu numinis nescio quid grandius humano
 resonāt. Non haec fiūt humanis studijs, afflatu diui-
 ni spiritus haec gerūtur, quae sic uult glorificari sanctos su-

VIRGINIS ET MARTYRIS

es, i qbus ambit uideri gloriosissimus. Fateamur hæc
 eē humana, nisi deus, q̄ mētes afflat piorū, tot etiā p̄
 digijs decorat martyrū ac uirginū monumēta. Vbi
 magis torquētur ipij dēmones? Vbi magis p̄fligan-
 tur morbi medicis imedicabiles? Quis ipator, q̄ rex
 ullus statuis, titulis, pyramidibus, tēplis, collegijs, di-
 uinis honoribus indictis tantū honoris ipetrauit etiā
 in hoc mūdo? Nimirū sic deus honorat martyres su-
 os, q̄ hic uidebātur afflicti, humiles ac deiecti: sic uir-
 gines suas, q̄ ueluti mortuæ mūdo, totā suā spem col-
 locarūt i spōso Iesu. Sed martyrū gloria non temere
 nisi à morte clarescit. Virginitas etiā in hac interi ū-
 ta suū habet decus. Quis enī tā barbarus ē, ut nō saue-
 at uirgini? In medijs bellorū tumultibus imanis hostis
 uirginitati p̄cit. Et si credimus historijs, mutæ beluæ
 trucesq; feræ uirginitati deferunt. Quantū honoris
 oli habitū ē Romæ uirginibus Vestalibus? Qd̄ est il-
 lud natiuum uirginitatis decus, qd̄ agnoscūt idolola-
 træ, qd̄ reueretur barbarus hostis, qd̄ sentiunt mutæ
 beluæ, cui p̄cūt feræ? Quāto iam honorabilior uirgo
 Christi, si tātus ē honos uirginibus huius mūdi? Sume
 uirgo sanctā supbiā, et infra tuā dignitatē putato, q̄
 qd̄ hic mūdos iactat uoluptatū ac honorū. Sanctū est
 supbire in spōso: piū est gloriari in eo, cui debes oīa.
 Tutum etiā est illius fiducia cristas tollere aduersus
 mundū, suas ostentantē delicias. Nō est animus i præ-
 sentia, q̄ quid in laudē martyrū aut uirginū dici po-
 test. per-

COMPARATIO PER D. ERAS,

test. p̄seq. Habetis Cypriani libros, habetis Ambrosij, habetis Tertulliani et Hieronymi, quorū uterq; penē nimius fuit ī admiratione uirginitatis. Non enim sic attollēda uirginitatis excellentia, ut huius laus cū iniuria casti matrimony cōiuncta sit: sed hęc eo reperiō charissimæ uirgines, ut p̄spiciatis q̄ felix sit uestrū collegiū, cui contigit utrunq; possidere, qđ diues illa Christi sp̄sa ecclia p̄cipuū habet ī suo mūdo. Seruatis enī fragrantissimas illas rosas. VII. fratrū Macabæorū, ac matris, cuius scēdūditas nō marito genuit, sed deo. Feliciter illā quidē sarsit uirginitatis iacturā tot filiorū uirginū martyrio. Nō genuit uirgo, nā id uni scēiarum datū ē, sed uirgines genuit et martyres. Virginitatis exēplū ex se p̄bere nō potuit, sed qđ potuit, magno studio p̄stitit. Ad uirginitatē instituit filios, ad martyrium cohortata ē, p̄cessura quoq; ni metuisset teneræ suorū ætati. Itaq; uirginitatis gloria nō cōtigit matri cū filijs, sed ī martyrij negocio tāto maior ē laus matris, q̄ spectatrix crudeliū suppliciorū in singulis filijs passa ē, q̄qd in illorū corpora potuit carnificū crudelitas: hoc fortius ē, q̄ se ī supplicijs finire dolorē. Parētes atrocius torquentur ī liberis, q̄ ī seipsis. Nouit hoc et tyrānorū īgeniosa crudelitas, q̄ qđ tormētis extorq̄re nō possūt à parētibus, extorquēt tortis ī illorū cōspectu filijs. Toties uidet dilacerari sua uiscera et mulier et mater. Vbi hic sexus imbecillitas? ubi pietatis affectus, q̄ ī mā

VIRGINIS ET MARTYRIS

tribus solet eē, q̄ in uiris ipotētior? Nimirū pietas in
 deū supauit pietatē humanā, et sexus imbecillitatē ni
 cit ardor fidei. salue felicissima uirago, q̄ uiris oibus
 fortitudinis exēplū dedisti. Saluete flosculi bellissimi
 ecclesie, q̄ ueluti præcoces præuenistis uer euāgelicū,
 et ante p̄ditū euāgelium præstistis euāgelicā uirtutē.
 Nōdū erat audita uox eius, q̄ uirgo natus ē ex uirgi
 ne: Beati q̄ se castrauerūt p̄pter regnū dei. Et tamē
 hęc laudē uos occupastis. Nōdū erat auditū: q̄ uult eē
 meus discipulus, tollat crucē suā et sequatur me. Vos
 tanq̄ prodromi Christū passurū adūbrastis. Atq; amē
 me qdē uestre nūc in coelis sequūtur agnū, quocunq;
 ierit. Ceterum illibata uestra corpora, q̄ ut habuistis
 socia suppliciorū, ita recipietis oī in æternæ felicitā
 tis cōsortiū, nō decuit alibi seruari magis q̄ in sancto
 uirginū collegio. Nunc ad uos o uirgines, huius tanti
 thesauri custodes, mea sese uertet orō. Habetis in eis
 dē adolescētibus et castitatis exēplū, qd̄ imitemini: et
 martyrij laureā, quā predicetis, glorificātes sp̄sūm
 uestrū, q̄ certauit in illis, q̄ uicit in illis, q̄ triūphat in
 illis. Habetis ī eodē calatho lilia mixta rosis. Vtrūq;
 decus cū altero certat, nec alterū tamen ab altero ob
 scuratur, sed utrūq; alterius accessione fit illustrius.
 ueluti quū ebur, ut ait ille, corrūpitur ostro, aut quū
 gēma cādens includitur fuluo auro. Est aut tā ambi
 guū gloriæ certamē inter martyrē et uirginē, ut ego
 si res in cōtentionē uocetur, nō ausim p̄nūciare utrū
 alterē

COMPARATIO PER ERAS.

alteri præferri debeat. In Christo fuit utrunq; consecratū, sed tamen plus debemus illius cruci, q̄ uirginitati. Beatitudinis elogiū tribuit his, q̄ se castrasset p̄pter regnū dei, sed crucis imitationē exegit. Maius aut̄ uidetur, qd̄ quū nō exigatur, tamē beatū reddit, si q̄s ultro præstet. Ac p̄sequutionis qd̄e tpe magna q̄dā res ē, animus p̄ dei gloria sp̄ paratus ad oīa mortū genera. Sed habēt tpa, quēadmodū et mare, suas tranquillitates. Et licet nōnunq; effugere carnificis manus. Qd̄ si urget certamē extremū, mors corporis et cruciatūū finis est, et felicitatis initiū. Virgini lōgū ac p̄petuū certamē est cū hoste domestico, quē nec occidere fas sit, nec effugere possis. Hic nimirū est caro, quā uelimus nolimus, circumsferimus, subide rebelantē spiritui. Hāc uincere ne cui uideatur leue, saepe legimus illecebris supatos, q̄ terrore mortis superari non poterāt. Hastenus expendit nostra collatio, utriū sit altero fortius: sed mihi qd̄dem uidetur uirginitas ī hoc etiā felicior, q̄, quēadmodum ante p̄ occasionem diximus, martyrij flos nō enitescit nisi post mortem, uirginitas etiā in hoc seculo suum habet candorē, suā habet fragrantia, suā habet gratiā ac dignitatē. Anī mi flos est uirginitas, sed relucet etiā ī uultu, ī oculis, totoq; corporis habitu angelica quēdam puritas ac nitor uirēs, senijq; nescius, hic ueluti meditans esse, quod omnes expectant post hanc uitam, qui pie uixerint in Christo Iesu. Animus integer & incorruptus

VIRGINIS ET MARTYRIS

vigore suū trāsfundit in corpus, quē admodū mēs ut
 tīs infecta quodāmodo relucet, uel horret potius in
 ipsa corpis specie. Porro libidōi ppriū etiā corpus
 cōtumeliosa ē. Quir in resurrectione nō senescit pro
 rā corpora? quoniā his iā impabit animus, q̄ seniū ne-
 scit. Ut mors, ita morbus & seniū ex p̄tō est. Tolle
 peccatū, & minus erit seni; & si cōtingat senectus,
 cōtinget floridior. Itaq; uirgo iā hic aliquā felicitatis
 sue p̄tē p̄cipit, in corpe mortali sp̄m quandā
 exhibēs futurę immortalitatis. Principes huius mūdi
 nō maiori studio curāt milites suos, q̄ seminariū, un-
 de quū res flagitat, colligant tyrones: q̄ si deficiat,
 unde sufficies exercitū? Ac iā seculis aliquot sub prin-
 cipibus Christianis nullę p̄cellę sunt exortō, quales
 oī erāt sub Nerone, Domitiano, Juliano, Maxentio.
 An sub his melius habeat res Christiana, nō est meū
 definire: certe p̄ hos in arctū cōtracta ē. Verū utcū-
 q; se habet, si rursus incideret tēpestas, quę posceret
 martyrē, unde potius hęc manus colligēda uideatur
 q̄ ex his, q̄ sp̄retis oībus huius mūdi blādimentis, sese
 totas cōsecrarūt Iesu sp̄so cōlesti, q̄ sua sp̄ote carnē
 suā crucifixerūt cū uitijs & cōcupiscētijs, eāq; uolu-
 ptatē amore sp̄si cōtēpserūt, cuius unius gratia ple-
 riq; mortales cuperēt hic p̄petuo uiuere. Vera uir-
 go minimū abest à martyre. Martyr patitur à carnī
 face cēdi carnē suā, uirgo quotidie uolens mortificat
 carnē suā, ipsa sui quodāmodo carnifex. Aliquāto for-
 tius est do-

COMPARATIO PER D. ERAS.

tūc ē domare captū hostē, quā occidere. Martyr tradit corpus suū, uirgo subigit & ī spūs seruitutē redigit. Quis trepidabit uirgo Christi ad manū percussoris? An regret opes, delicias, fastū, luxū, uoluptates, q̄ ceteros remorātur in hac uita? At his oībus iā dū dū renūciauit. Quæ nihil amat in hoc seculo, q̄ mortua mūdo, soli uiuit Christo, quæ quotidie colūbinos edidit gemitos, cupiēs p̄pius iūgi adamoto sponso suo, & illius stringi āplexibus: nōne libēs emigrabit ex hoc corpusculo, in quo scit se p̄griari à domo? Qui uiri mirabilius animi robur p̄stiterūt in tormētis quā uirgines martyres, Agnes, Cecilia, Agatha, & harū sodales innūera. Proīde uirgo quū traditur carnifici, nō incipit martyriū, sed absoluit iā pridē inchoatū. Hæc si cui uidētur ardua, cogitet & uirgīs p̄fessionē supra uires hoīs esse, dignitatē angelicā parē. Neq; uero oēs uirgīes sunt, q̄ uelo nigro tectæ sūt. Et enī quæ admodū iuxta Pauli doctrinā, q̄ uere uiduæ Timo. 5. sūt discernūtur ab his q̄ falso noīe dicūtur uiduæ, & eidē uidua q̄ uiuit in delicijs dicitur mortua, ita uirgo q̄ aliud amat in hoc mūdo quā sp̄sum suū, uirgo nō est. sūt in euāgelio uirgīes prudētes, q̄ sibi multis opibus pietatis p̄spexerāt, ne deficeret oleū in lāpadibus: erant & fatuæ. Et Hierē. deplorat uirgines squalidas, neq; enī huius noīs dignitas cōpetit in eā, q̄ licet corpus habeat intactū uiro, tamē animus īpuris cogitatioibus cum adultero Satana colloquiū habet.

VIRGINIS ET MARTYRIS

Quæ nolens uiuit coelebs, iam nupta est: quæ corrumpetur si liceret, iam corrupta est. Difficillimum est uolantis animi cohibere cogitationes omnes, et tamē aduersus has ingruentes, precibus, sacra lectioe, ieiunijs, pijs occupationibus pugnandum est, assentiri uenenum est. Colloquuta est prima uirgo Eua cum serpente, et hinc omnium malorum origo: oculos habebat impudicos, quos pomi blanditiis illecebra adulterauit. Vestitus cultior, picta facies, epulæ ad adulescentes blandæ, munuscula ultro citroque missa, morituræ uirginitatis idicia sunt. Cui colitur uirgo, semel Christo consecrata? Quis expetit iuuenum consortia, quæ in hoc accipit uelamentum, ne mundus conspiceret, quod spouso Christo dicatum esset? Mulier quæ nupta est ornat se uiri oculis, uirgo quæ Christo nupta est, quis ullius hominis oculis se colit? Audite quod illa dicat apud poetam eruditum, sed ethnicum: Cui colar infelix, aut cui placuisse laborem? Ille mei cultus unicus autor abest. Si cultum negligit illa, quia non adsit sponsus, qua fronte comit se uirgo in hoc mundo, cuius sponsus est in caelo? Quorsum adstat speculo semel desponsa Christo? Quis in te ipsam contemplantis in fonte scripture diuinae? Quis autem his ornamentis expolit sese, quibus ille offeditur? Ista mundities in oculis sponsi uestri sordes sunt meræ, iste nitor squalor est, isti odores nauseasunt. Amat ille spiritus nitelas, amat animi munditiæ, amat pigmenta mentis. Quicquid habet mundus earum quæ se committunt oculis mundi, uirgo Christi magnificentius

COMPARATIO PER D. ERAS.

cētius ornatur eārū rerū contēptu, quā copia, decē-
 tius ornatur de rafa coma, sacroq; uelamēte, quā ulla
 sp̄sa sericis, auro, gēmis, ac purpura. Nā fucorum
 emētus nitor, etiā in ethnicis semp̄ uitio datus est.
 Spōsa Christi tot habet ornāmēta, q̄bus cōmēdatur
 oculis dei, quot ornāmēta mūdi cōtēpsit amore spon-
 si sui: p̄ gēmis ornatur uirtutibus, p̄ purpura chari-
 tate, p̄ auro sapiā, p̄ fucis, animi simplicitate, p̄ seri-
 cis castitate, uerecūdia, p̄ monilibus modestia. Non
 offuscatur uestiū sordibus pudicitiae cādor. Ex uete-
 rū monumētis liquet, q̄ fuerit prācipue uirginū lau-
 des, abluere pedes miserorū, lauare pānos pauperū,
 assidere & inferuire egrotātibus, cōrectare corpora
 ulceroforum amore Christi. His rebus sordidata uir-
 go, formosissima ē Christi oculis. Caterū quoniā nūc
 diuersum ē sacrarū uirginū īstitutū, iter se certēt of-
 ficijs charitatis, māibus parent quos subueniāt paupe-
 rū īopiā. Et si quādo uirgini iciderit cū p̄phanis col-
 loquiū, illud studio sit, ut à colloq̄o suo dimittat illos
 emēdatiores, nō ut ipsa discedat corruptior. Reddat
 nos cautiore primae uirgis exēplū, q̄ corrupta uete-
 ratoris colloq̄o, cōiecit sese ī miseriā lamētabilē. Ado-
 lescēs lubrico uultu, lasciuis oculis, īpudica lingua, quo-
 uis serpēte p̄niciosior ē. Imitemī nouā uirginē, ducē
 ac principē instituti uestri, ea nō colloq̄tur cū serpē-
 te, sed inclusa penetrabilibus suis colloq̄tur cum ange-
 lo, & hinc initium oīs salutis. Virgo quae loquitur
 cum impudico

VIRGINIS ET MARTYRIS

fumipudico iuvene, cum serpente loquitur. Virgo quæ
 pijs uotis sollicitat deum, quæ meditatur in sacris libris, cum
 Angelo loquitur, uel cum spouso potius: Vtrum tutius est? utrum
 honestius? utrum magnificenti? Quare si quando titil-
 labit a nos uros desiderium earum rerum, quæ ut et suaues et
 præclaras ostendat mundus, cogitate, quod res est, eas uos
 non reliquisse, sed magno lucro uestro permutasse. Proinde
 de nihil infelicius illis, quibus nec mundi commodis frui li-
 cet, quæ sentiunt, nec suis delicijs fruuntur ob animam car-
 nis cupiditatibus uitiatam. Habent mundi uirgines suas sa-
 dales, habent ornamenta, habent lusus, habent cætiões et
 choreas, sed hæc qualiacumque sunt, tatisque habent donec
 ætatis florẽ marito perstituerit. Verum hæc omnia Christi
 uirginibus ut uera sunt et eterna, ita sunt et penuria.
 Ille mox posito seruo uirginali flammam accipiunt ma-
 tronale, nimirum seruitutis indicium, etiã Paulo teste. At
 uirgines deo dicatæ semper uelatae sunt spouso suo, ne ui-
 deatur ab adultero mundo. Est enim zelotypus amator
 Iesus, non patitur suas delicias perphanis oculis perstitui,
 Imò utrum est felicius, acillam esse mariti, an Christi? Ec-
 ce, inquit illa, acilla domini. Quæcumque uera est acilla do-
 mini, domus est mundi. Interpretare uirgo uelamẽ tuum,
 regni isigne est, non seruitutis. Quæ maritis uelatur,
 seruitutem humanam perfitetur. Nec semper est o bone, mari-
 torum leue impium. Sæpe per maritis contingunt domini
 difficiles, peraces, inclementes, aleatores, ebriosi, per-
 fores, operati, scabiosi, rabiosi, percussores. Ne quid ite-
 rim dicam

COMPARATIO PER D. ERAS:

Vm dicā de grauioribus maleficijs, aut morbis. Ac-
 cedit his cura rei familiaris, cura liberorū, negotia
 affiniū, lites, orbitas, uiduitas. Nec enī ē simplex af-
 flictio carnis, quā Paulus denūciat his, q̄ cōiugiū mā-
 lūt. Nō ē huius iſtituti declamatoriā rōne p̄ſeq̄ q̄cqd̄
 incōmodorū ſeq̄tur cōiugiū. Hęc expimento diſcere
 miſera ē prudentia, præſtat è libris eruditorū hoīm
 diſcere. Q̄d̄ ſi ne his qd̄ habetur fides, accerſe o uir-
 go quāpiā ex his, q̄ ſatis feliciter nupſerūt, hęc obte-
 ſtare ut narret tibi uerā ſui matrimonijs historiā, au-
 dies unde minus pœniteat te tui p̄poſiti. Iā p̄pone tibi
 exēpla uirginū q̄ nupſerūt iſ feliciffime, q̄ plurima
 turba ē, & q̄cqd̄ illis accidit puta tibi accidere potu-
 iſſe. Quicqd̄ malorū, q̄cqd̄ calamitatū frequēter ac-
 cidit ijs, q̄ nubūt ſpōſo mortali, huic in totū ſubducta
 ſunt, q̄ uere, q̄ ex aīo nubūt iſ mortali ſpōſo Ieſu. Nō ē
 mihi credite, triſtis aut iamabilis ſpōſus Ieſus: uiſus
 eſt oī nō habēs ſpēm neq; decorē, ſed nunq̄ erat ama-
 bilior q̄ cū amore ſpōſæ formā illā iduiſſet. Quæ pu-
 ella nō pluris faceret procū ſuū, ſi relictis paternis
 opibus ruſtico ſago tectus confugeret ad humilis
 uirgis caſulā, ut illius cōiugio potiretur? Quid autē
 ſi p̄ uulnera ad adamatā ſpōſam p̄peraret? An nō il-
 le in p̄anis, & ſanguīe p̄fuſus uideretur amabilior? Lucē. 8
 Haud dubie uideretur amāti. Iam cogitate an ueſter
 ſpōſus, q̄ ueſtra cauſa patris arce relicta descendit in
 terras, & diſſimulata diuīe naturæ maieſtate iduiſ-
 ſet formam

VIRGINIS ET MARTYRIS

formā serui, sese deiciens usq; ad ignominiam crucis, sit vobis fastidicus. Amati sponsus uirgini, monasterium non carcer est, ut quaedam calumniatur, sed paradysus est. Non licet vobis uagari quod libet, isthuc uirginibus nec tutum est nec honestum, pinde nec exoptabile. Nisi forte placet exemplum Dinæ. Non est tristis aut iamœna res uirginitas, habet in sacris literis sua uiridaria, in quibus cum optimis sponsi sodalibus spatietur. Deum immortalē cum quilibet? Cum Tecla, cum Cecilia, cum Agatha, cum Hagne, cum Eustochio, alijsq; immūcrabilibus: habet sua festa spūalia ex uarijs uirtutum flosculis cōcīnata: habet ungueta sua, ut possint cum Paulo dicere: Bonus odor sumus deo in omni loco: habet sponsus delicias unguetorum spūaliū, quorum fragrantia supat omnia aromata. Quid amabilius nomine Iesu? Unguetum effusum est nomen eius. Quæ hoc odore tractæ, cursu sequuntur illum, quod tædij sentire possunt in hac uita? Habet et uirgo suum unguetum, quo uicissim oblectat sponsum suum. Dicit esset, inquit, rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Et in euāgelio ducturus sponsam suam ecclesiam nardo peccatricis perfunditur. Habent à David citharas suas, habet psalterium, habet cātilenas et hymnos spūales, quibus iugiter psallunt in cordibus suis domino, gratias agentes, laudantes et obsecrantes, nonnunquam et dulcibus suspirijs desiderantes sponsi presentiam, si quando ille sese ad tempus subduxerit, declinat enim ille nonnunquam ac transit non ut deserat: sed ut amorem reditegret. Quid habent

COMPARATIO PER D. ERAS.

Habēt mūdi uirgines quālibet felices, qđ ad hæc sola
 tia cōferri possit? Locus āgustus uideri nō pōt, qbus
 mox apitur imēstas cœli. sodalitiū infrequēs uideri
 nō pōt, qbus ppediē cōtinget omniū sanctorū sodali-
 tas. Quid ni dixerī ppediē? quātula enī ē huius uitæ
 summa? ut iā cōtingat senectus, quæ quotocuiq; con-
 tingit? Proīde uirgīes optime, agnoscite uestrā felici-
 tatē, & nō inuidebitis mūdo suas deliciarū prestigi-
 as: agnoscite uestrā dignitatē, & nō expetitis sordi-
 da mūdi cōmercia. Nisi te cognoueris, inqt, pulcher-
 rima inter scēminas. Cōminatur sponsus uirginibus,
 nisi agnouerint suā beatitudinē. Nō agnoscunt autē,
 quas instituti pœnitet, quæ mūdi delicias suspirant.
 Cogitate quali spōso nupsertis, illi totis præcordijs
 adherete, in quo semel habetis omīa, quæ uere leta
 sunt aut magnifica. Animet uos ad cōstantiā exem-
 plum sanctissimorum iuuenum, qui magis etiā gaude-
 bunt suorū corporū pignora seruari in uestro colle-
 gio, si senserint uos emultrices suarū uirtutū, qbus
 deo placuerunt. Ornāt illi uestrum sodalitiū, sic il-
 los uicissim ornabitis integritate morum uestrorū.
 Illi tot supplicijs excarnificari maluerunt, quā gu-
 stare carnē suillā. Vos putate carnē esse suillā, qđ
 ingratum ē spōso uestro. Si fueritis emultrices pul-
 cherrimi certaminis, eritis & gloriæ cōfortes opitu-
 lante sponso uestro Iesu, qui cum patre & spūs sancto
 uiuit & regnat in æternum. Amen.

—: Km

Acquis 5 marcs cat. 50 de l. C. G. G.
2. Berlin 1880 n. 372

F. Theolog.
autograph.

